9 certas. Nam † quando princeps rescribit non solum contra ius commune: sed etiam contra ius singularium personarum: non solum requiritur clausula ex certa scientia sed etiam clausula non obstantibus secundum Baldum ꝛ Andr. de yser. in prohemio feudorum in xiij. columna. Idem Barth. de salyce. in. l. finali. C. si cōtra ius vel vtilitatem publicam. ꝛ dominus Antonius in. c. que in ecclesiaruꝫ. in penulti. colum. de constitu. ꝛ est glo. fina. in. l. ij. §. si is pro quo. ff. quod quisqꝫ iuris. dicens ꝙ ibi rescriptum tollens exceptionē emanauit ex certa scientia: ꝛ imperator apposuit clausulam non obstante: ꝛ sequuntur ibi docto. cum concordantijs de quibus ibi per dominum Alexand. vbi dicit hanc esse communem opinionem. Non omitto ꝙ in pluribus partibus illius indulti apparet quod voluit preiudicare iuri tertij per dictam legitimationem concessionem ꝛ cōfirmationem. Et patet quia tantum excipit preiudicium filiorum legitimorum qui postea nascerentur. In ceteris autem constat ꝙ intēdit iuri tertij respectu contentorum in testamentis auorum: ꝛ in specie in testamento Joannis: ꝛ sic alia confirmat vt dixi per dictam. l.
10 iubemus. §. testamento. ¶ † Unde cum de principis clara voluntate constet. Non habemus aliud querere licet mentio specialis non esset facta secundum Paulum de eleaza. ꝛ Joan. de imo. in clemen. j. ad finem. de sepul. ꝛ Bald. ꝛ Andr. de yser. in prohemio feudoꝝ. Unde non potest dicta legitimatio infirmari licet de fideicommisso non sit habita mentio. Quare succedit alia difficultas si dictus Jacobus legitimatus sit habilis ad aliquid ad quod non fuisset non legitimatus: ꝛ includatur in aliqua dispositione testatoris talis inclusio fuit in preiudicium illorum quibus est quesitum in spe. Et in hoc aduertendum est ꝙ aut querimus. Nunquid admittatur ad successionem paternam non obstantibus agnatis. ꝛ hoc est indubitatum: ex quo legitimatio est impetrata a patre: vt concludit Bald. quem omnes sequuntur in. l. gallus. §. ꝛ quid si tantum. ff. de liberis ꝛ posthumis. ¶ Aut querimus de preiudicio patris qui potuisset disponere de bonis auorum ꝛ nunc non posset propter fideicommissum contentum in testamento Joannis: et hoc etiam non est in consideratione ex quo ipsemet pater impetrauit ꝛ illi consensit vt in regula nō debet. cum materia. ff. de regulis iuris. Poterat enim non impetrare. Igitur impetrando ꝛ consentiendo sibi preiudicauit. iuxta nota. per Bartolum in. l. que dotis. ff. soluto matrimonio. ꝛ patet quia legitimatio preiudicat quando fit de consensu eorum quibus legitimatio preiudicat. l. ij. ff. de nata. restitu. ꝛ notant Bartolus ꝛ doctores in dicta. l. gallus. §. ꝛ quid si tantum. ¶ Aut querimus nunquid legitimationes preiudicent respectu fideicommissi: ꝛ substitutionis cōtentorum in testamento Joannis: vel quia includatur legitimatio in aliqua conclusione ad exclusionem alterius qui alias non includeretur vel vocaretur ad aliquid fideicommissum qui alias non vocaretur: et sic etiam ad alterius exclusionem. Et in hoc faciebat difficultatem: quia cuꝫ pater Jacobi non posset fideicommisso preiudicare non videtur quod potuerit filium legitimare in preiudicium eorum: quibus fideicommissum fuisset delatum eis non requisitis quando per talem legitimationem excluderentur: prout videtur esse de mente Bartoli in dicta. l. gallus. §. ꝛ quid si tantum. ꝛ hoc in indiuiduo consuluit elegans doctor dominus Franciscus de rampo. consilio incipit. In themate ꝛ quesitis. argumentum. l. nam ita diuus. ff. de adoptio. ꝛ probatur ex his que notat Joannes andr. in regula sine culpa. de regulis iuris. in sexto. ꝛ Joannes andr. ꝛ Dominicus in. c. grandi. de supplen. negli. prela. ita etiam consuluit Petrus de anc. in consilio mihi. ccccxliij. incipit. Circa primum quesitum. Et dominus Alexan. in consilio. lxvij. in primo volumine. ꝛ in consilio. xciij.

in eodem volumine. Et hanc opinionem sum secutus in dicto. §. et
quid si tantum. respondendo ad quedam obiecta que in contrarium
fieri poterant. ¶ Sed hoc non obstante contrarium est verum in ca-
su nostro. † Nam licet quando princeps procedit de plenitudine po-
11 testatis sit magna dubitatio. Nunquid cōtra subditum possit ꝓcedere
eo non citato: quando agitur de eius preiudicio iuris iam quesiti per
ea que habentur in cle. pastoralis. in ver. ceterum. de re iudica. ⁊ per
Bal. in. l. fi. C. de legi. cum similibus. quo etiam casu multi non par-
ue auctoritatis qd de plenitudine potestatis possit: prout tenuit Jo.
and. in. c. j. de causa pos. ⁊ proprie. ⁊ dominus Anto. in. c. cum olim.
de re iudi. ⁊ Bald. in. l. nec causas. C. de appel. ⁊ in. d. l. ij. §. si is pro
quo. ⁊ Jo. and. post Host. in. c. in nostra. de procura. ⁊ Bald. in. l. ij.
C. quomodo ⁊ quando iudex. ⁊. l. fi. C. de fructibus ⁊ litis expen. quo-
rum magna est auctoritas: esset tamen periculum hanc opinionē se-
qui quando auferatur ius iam quesitum. Tamen quando princeps
procedit in preiudicium iuris delati ex testamento: adhuc non quesi-
ti quod ius dicitur esse delatum de iure positiuo. l. iij. ff. de testa. tunc
potest princeps indubitāter de plenitudine potestatis procedere nō
citatis ⁊ non requisitis his de quorū preiudicio agitur: ita voluit no.
Bar. in. d. §. ⁊ quid si tantum. arg. l. ij. ff. de natalibus restitu. quem
sequuntur communiter doc. Ita etiam voluit Bal. in. l. nam ita di-
uus. ⁊ do. Anto. in. c. per venerabilem. extra qui filij sint legi. ⁊ Bal.
in. l. ij. in. viij. q. C. de serui. ⁊ aqua. ⁊ hoc casu indubitanter procedere
possunt auctoritates supra statim relate: ⁊ fortius ī casu nostro quia
loquuntur Bar. ⁊ alij quando ius est delatum de presenti: ⁊ in re et
statim acceptari potest quando post mortem patris delata est here-
ditas agnatis: fortius in casu nostro in quo ius est cōditionaliter de-
latum: ⁊ in spe: quo casu nihil dicitur esse quesitum: quia ea que sunt
in conditione non sunt in dispositione. l. si quis sub cōditione. ff. si qs
omissa causa testamenti. ⁊ per glo. ⁊ doc. in. l. lucius. ff. de here. insti.
⁊ hoc maxime quia princeps procedit rescribendo ⁊ priuilegiando
de plenitudine potestatis iudicando: quo etiam casu procedere po-
test parte non citata. vt concludit glo. ⁊ docto. in. l. licet. de re iudica.
⁊ Bal. in. l. fi. C. de fructibus ⁊ litis expen. ⁊ no. domi. Anto. in. c. cum
dilecta. de confirma. vti. vel inutili. ⁊ domi. Anto. in. c. veniens. de fi-
lijs presbyterorum. ¶ Ex quibus infertur ꝙ si princeps potest de
plenitudine potestatis potest ⁊ potuit talem potestatem comiti com-
municare. d. c. quod translationem. cum ibi no. extra de offi. delega.
Unde potuit comes cui talis potestas est concessa etiam irrequisitis
his ad quos hereditas tam ex testamento ꝙ̄ ab intestato defereretur
potuisset dictum Jaco. legitimare: ⁊ ita consuluit domi. Alex. consi.
clxxxvij. in quinto volumine. ⁊ consilio. clxxxvij. in secundo volumi-
ne. Ex quibus concluditur in hac prima questione ꝙ dictus Jaco.
est iuridice legitimatus: non obstantibus fideicommissis de quibus
in testamento dicti Juliani. ¶ Capio secundam difficultatem. ⁊ pu-
to ꝙ si totus tenor substitutionum in quibus descendētes testatoris
vocantur considerentur femine descendentes ex dicto Joanne testa-
tore neqꝫ descendentes ex eis aliquo casu nunꝙ̄ reperiuntur vocate
ad aliquod fideicommissum: vel posite in aliqua dispositione posito
ꝙ Jacobus non esset legitimatus vel non esset in rerum natura. In
prima enim substitutione hoc clare constat. Nam facta est substitutio
filijs suis institutis casu quo decederent: seu aliquis eorum decede-
ret sine liberis masculis ꝙ reliqui filij ⁊ liberi masculi succederent.
Igitur femine neqꝫ sunt posite in conditione: neqꝫ sunt vocate ad fi-
deicommissum: ex quo tantum masculi liberi ponuntur in conditio-
ne: ⁊ liberi: ⁊ filij masculi vocantur ad fideicommissum. ⁊ sic masculi
includuntur. Cēsentur voluisse feminas excludere. l. cum ita. ff. de cō-
di. ⁊ demon. ⁊ ita dicit Bar. ⁊ sequuntur communiter docto. in. l. cum
auus. ff. de condi. ⁊ demon. ¶ Secundo loco testator disposuit ꝙ si
filij decederent cum filiabus feminis quod ille dotari deberent prout
erat de iure. vt determinat Bar. in. d. l. cum auus. argu. aut. res que.
cum ibi notatis. C. communia de lega. Reliquum vero voluit perue-
nire in dictos filios suos ⁊ heredes. ⁊ sic refert se ad filios suos ma-
sculos institutos ⁊ non ad feminas quia dixit filios ⁊ non filias. Itē
dicit heredes: filie autem erant institute in effectu in rebus certis: et
12 non sunt proprie heredes. l. quidam. §. is autem. ff. de edendo. † Item
supra vocantur post mortem filiorum sine filijs masculis filios ⁊ li-
beros masculos quod verbum masculos post verbum liberos ⁊ fi-
lios qualificat vtrūqꝫ verbum. l. doli verbum. Et ibi Bar. ff. de ser-
uo corrupto. ⁊ per Bar. in. l. seye. §. gayo. ff. de fundo instructo. Un-
de cum repetat eandem substitutionem dicendo dictos filios dicitur
facta. ⁊ censetur facta relatio ad sepe dictos filios cum qualitatibus
suis. l. si prior. ⁊ ibi Bal. ff. solu. ma. l. asse toto. ⁊. l. institutio talis. ff.
de conditio. ⁊ demonstra. ⁊ sic repetitio cēsetur facta de filijs mascu-
lis. Nam etiam alr's videretur se correxisse incontinenti. l. nam ad ea.
ff. de conditio. ⁊ demonstra. Item quia subdit ⁊ filios ⁊ liberos ma-
sculos filiorum suorum: ex quo capitulo sequenti patet ꝙ de mascu-
lis intellexit. l. si seruus plurium. in fi. ⁊. l. qui filiabus. ff. de legatis. j.
Quinimmo existentibus masculis prohibuit feminas expresse ne
possint succedere filijs masculis. Igitur verbum filios includit tan-
tum masculos. ¶ Preterea in dicto capitulo tractatur de fideicom-
misso iniuncto filijs. non autem sumus in domino Juliano nepote ex
filio Jacobo testatoris cui in dicto capitulo nullum reperitur iniun-
ctum fideicommissum in dictis capitulis. Ex his tamen ostenditur
clara intentio testatoris ꝙ noluit ad fideicommissum vocare feminas
sed tantum masculos quod etiam clare patet: quia si aliqua filiarum
feminarum decederet: vel religionē ingrederetur non substituit alias
feminas. Sed filios masculos. Item ex eo quia prohibuit filios ne
filias suas feminas instituere possent: dicendo ꝙ nullo modo insti-
tuere possent que vniuersales negatiue includunt quemcumqꝫ mo-
dum succedendi. l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. ⁊ quod
posuit dominus Alexan. in consi. lxxij. in secundo volu. Unde clare
constat ꝙ tantum masculos vocare voluit ⁊ non feminas. Nam sem-
per considerando masculinitatem habuit respectum ad conserua-
tionem familie ⁊ agnationis que per masculos ⁊ non per feminas
conseruatur vt dixit Jo. and. post Ricar. malum. in addi. specu. in
titu. de testa. ī rubri. in versi. sub hoc titulo generali. Et plane patet
ex no. per Bald. in. l. maximum vitium. C. de libe. prete. Ex quibus
patet ꝙ vsqꝫ ad versiculum testamenti in quo dicitur. Et hoc est quia
intentio mea est ꝙ omnia bona mea ⁊c. Nunquam femine reperiun-
tur vocate ad aliquod fideicommissum: neqꝫ dominus Julianus
qui est nepos testatoris reperitur grauatus aliquo onere fideicom-
missi in hoc autem capitulo oritur aliqua difficultas ⁊ in sequentibus
ex pluribus. ¶ Primo dum dicitur intentio mea est ꝙ semper mea
remaneant in filios filiorum meorum: ⁊ eorum descendentium vsqꝫ
quo vnus restabit superstes. Nam filij filiarum sunt descendenti-
13 bus: vt in. l. fi. C. de suis ⁊ legi. ⁊ no. glo. in. c. statutum. de hereti. lib.
vj. † ⁊ tam masculi ꝙ̄ femine comprehēduntur appellatione descen-
dentium cum sit verbum communis generis: vt in aut. de resti. fidei-
missi. §. j. ⁊ in. l. fi. C. de verbo. signi. ⁊ per Barto. in. l. tutelas. ff. de
capi. dimi. Igitur videtur includi ⁊ vocari ad fideicōmissum helena
soror domini Juliani ⁊ filij sororum qui sunt de descendentibus te-
statoris. Sunt enim verba apta ad fideicommissum. l. fideicommis-
sa. §. hec verba. ff. de leg. iij. ⁊ hoc clare patet quia postea dicit: ⁊ hoc
volo iubeo ⁊c. que verba inducunt fideicommissum. l. ij. C. commu.
de lega. institu. de singulis rebus per fideicommissum relictis. §. fi.
¶ Secundo dum dicitur. Et in propinquiores attinentes meos de
domo mea de filijs. Nam appellatione attinentium omnes coniun-
cti siue masculi siue femine siue sint consanguinei ꝯiuncti per mascu-
los siue per feminas vt voluit Ange. in. aut. de aliena. emphi. §. ico-
nomus. ⁊ Ange. in. aut. de here. ⁊ falci. §. j. vbi vult ꝙ attinentes di-
cantur: vt in. l. j. C. si rector prouin. vbi fit mentio de propinquis qui
dicuntur omnes consanguinei. l. fin. ⁊ ibi Barto. Bald. ⁊ alij. C. de
verbo. signi. dicit etiam Bald. ꝙ attinentes sunt illi de quibus in. l.
j. in fi. ff. de postu. vbi ponuntur omnes consanguinei ita dicit in. c. in
litteris. extra de testibus. Faciunt notata per Bal. in. c. si pater. de
testa. in. vj. igitur videntur includi femine ⁊ descendētes ex feminis.
¶ Tertio hoc idem videtur probari ex verbis positis in vltimo
capitulo substi. Dum dicitur sed remaneāt in familia cognationis
⁊ de domo mea de familia. Nam non est dubium ꝙ femine ⁊ descen-
dentes ex eis dicuntur cognati. insti. de legi. tuto. §. j. item domina
helena soror Juliani dicitur de domo ⁊ de familia quia agnata: vt
in. l. voluntas. ⁊ ibi glo. C. de fideicom. ⁊ consuluit domi. Alexan. in
consilio. xxiij. in. ij. volu. De domo enim ⁊ familia dicuntur agnati.
l. familie. ⁊. l. pronunciatio. §. familie. ⁊ ibi Barto. ff. de verbo signi-
fica. ⁊ per Barto. in. l. j. in princ. post Jaco. de are. ff. ad fille. Item
etiam filij sororis succedunt ad similitudinem agnatorum. l. memi-
nimus. C. de legi. here. ⁊ de similibus. Idem est iudicium. l. illud. ff.
ad. l. aquiliam cum similibus. ¶ Quarto eadem conclusio confir-
matur. Nam testator disponit ꝙ si filij decesserint cum filiabus femi-
nis ceteris filijs superstitibus vel liberis filiorum extantibus tunc
voluit ꝙ filie non possint esse heredes vniuersales filiorum. sed cer-
ta quantitate sint contente: ⁊ reliquum perueniat ad filios vel libe-
ros filiorum: ⁊ sic illa verba ceteris filijs superstitibus ⁊ extantibus
exponuntur. videlicet si extant ⁊ supersunt. l. a testatore. ff. de condi.
⁊ demon. ⁊ per consequens a contrario sensu si non extant videntur
filie vocate: ⁊ pn̄t succedere arguēdo a ꝯtrario sensu qd valet in vlti-
mis voluntatibus. l. si legatum pure. ff. de adi. lega. ⁊. l. aliquando.
ff. de conditio. ⁊ demonstratio. ¶ Confirmatur ⁊ quinto hoc funda-
mentum. Nam in dicto capitulo. Et hoc quia intentio mea est. Dū
dicitur ꝙ non vult quod bona exeant de domo vsquequo dum vi-
uens superstes extabit aliquis masculus ⁊c. et sic stantibus mascu-
lis voluit illos etiam extantibus feminis preferri quousqꝫ extarent.
igitur illis cessantibus videtur voluisse illas venire. argumentum
eius quod dicit Bald. in simili in statuto in. l. finali. ff. ad tertul. Et
Bald. ⁊ alij in. l. ij. C. de libe. prete. Ex quibus videbatur concludi
ꝙ primo viderentur vocati masculi: et illis cessantibus femine.
¶ Sed premissis non obstantibus que vere nullo modo obstant

dico

dico q dominus Julianus posito q nullos haberet filios masculos
nec superesset post mortem suam aliquis de agnatione: tñ non esset
grauatus aliquo fideicõmisso restituendo Helene sorori sue vel alijs
liberis descendentibus ex feminis. Et pro fundamento premitto q
14 †regula substi. ꝛ fideicommissa non habent locum nisi in casibus cõ
prehensis in verbis substitutionis: ꝛ potest semper dici de hoc non
loquitur substitutio. Ita voluit Jo.an.in.tit.de testamen. §.j.versi.
Occurrit.ad finē.ꝛ Old.consi.xxj.incip. Thema tale est. Et abb.
consilio.cxl.incip. Facti contingentia ꝛc.ꝛ hoc premisso dico q̃d in
nulla parte testamenti femine vel descendentes ex eis censentur vo
cati. Igitur ꝛc. Quinimmo si totus tenor testamenti ꝛ substit. dili
genter consideretur apparet q masculos vocauit: et in conditione
posuit ꝛ non feminas: ex quo datur intelligi q considerando mascu
linitatem voluit ad considerationem familie et agnationis bona in
familia ꝛ agnatione conseruari per ea que in simili dicit Rycar. ma
lum.ꝛ Joan.and.post eum in addi.spec.in ti.de testamentis.versic.
Sub hoc titu.generali. Et patet ex no.per Bald.in.l.maximum vi
tium.C.de liberis prete.ꝛ pulchre in proposito loquitur Raph.cu.
in suo consi.xx.incip. Proponitur q ser Blancus.ꝛ pro hoc opti
mus tex.institu.de legitima agnat.succe.§.ceterum.ꝛ.§.media.ver.
media iuris prudentia repellebat feminas a successione quia licet
haberet ius agnationis non tamen erat apta ad illius conseruatio
nem: ꝛ sic in alijs partibus testamenti in quibus non dicitur speci
fice de masculis intelligi debet de masculis per quos ꝛ feminas fa
miliarum dignitas conseruatur: quoniam vna pars testamenti per
aliam declaratur.l.qui filiabus.in prin.ff.de leg.j.l.si seruus pluriũ.
in fi.eo.ti. Et per hoc quod no.Bar.in.l.ex facto.§.si quis rogatus.
ff.ad treb.vbi vult q ad cognoscendum de quibus liberis testator in
tellexisset. An de naturalibus tantum: an vero de legitimis ꝛ natura
libus dicit hoc colligi ex aliqua parte testamẽti. Nam si de naturali
bus in aliqua parte testamenti mentionem fecerit de illis in reliquis
videtur sensisse.ar.d.l.qui filiabus.ꝛ.l.cũ pater.§.volo.ff.de leg.ij.
¶ Confirmatur q si testator facit mentionem de filijs intelligit sen
sisse de illis qui erant vocati ex forma statuti ciuitatis vt sic testator
videatur se conformare cum dispositione statuti.vt no.Bar.in.l.he
redes mei.§.cum ita.ff.ad treb.ꝛ Pe.de ancha.in.l.tres fratres.ff.
de pac. quantomagis voluntas testatoris est interpretanda vt sit cõ
formis cum sua voluntate in aliqua parte testamenti declarata sicut
etiam voluntas statuentium in vno statuto declaratur in alia parte
alterius statuti ꝛ per aliud statutum vt in.l.vtrum.ꝛ ibi Bar.ꝛ An
ge.ff.de peti.here.ꝛ per Bar.in.l.pretor.§.eritq differentia.ff.vi
bono.rapto. Cum ergo in princi. testamenti ꝛ alijs partibus clare
appareat voluntas testatoris q tantum masculis prouidere voluit
vt supra declaratum est declaratur voluntas testatoris in illis par
tibus in quibus dubitatio aliqua verteretur. Item ex tenore testa
menti femine semper fuerunt excluse. Igitur semel excluse semper
debent remanere excluse: vt in.c.j. episcopum vel abbatem.ꝛ per
Barto.in.l.fin. ff.ad tertul.ꝛ sic sufficit q hereditas semel peruenit
ad iulianum q Helena: ꝛ alij perpetuo fuerunt exclusi.ad hoc glo.
nota.in.l.in quibus.C. de secund.nup.ꝛ eorum exclusio apparet in
versi. Si vero aliqui vel aliquis dictorum meorum filiorum decede
ret relictis post se filiabus ꝛc.ꝛ sic excluse fuerunt a testatore. Et eue
nit casus exclusionis. Igitur perpetuo sunt excluse.c.j.ꝛ ibi Bald.
episcopum vel abbatem.ꝛ per Bal.in.l.si quis posthumos.§.si fi
liũ.ff.de libe.ꝛ posthu.ꝛ Pau.de cast.in.l.fina.ff.de acqui.heredi.
¶ Ex quibus infero responsiones ad rationes in contrarium ad
ductas. Et ad primam ꝛ ad secundam rationes clara patet respon
sio. Nam illud capitulum quia intentio sua est vsq ibi volens hoc
locũ omnino habere.ꝛ omnia contenta in eo reguntur ab illo verbo:
remaneãt positũ in principio capituli: ꝛ vult testator q primo suc
cedant omnes descendentes masculi: quo casu non includuntur ma
sculi descendentes ex feminis: quia qualitas masculinitatis videtur
adiecta causa conseruande agnationis vt voluit Jo.an.post Rycar.
malum.in addi.spec.in rubri.de testamentis: ꝛ ita alias fuit consul
tum per omnes fere docto. Italie vt refert Mathese.notabili.cxxx.
Et consuluit dominus Anto.consilio.ix.incip. Viso puncto.ꝛ hanc
opinionem defendendo secutus sum.in.l.gallus. §. nunc de lege.ff.
de libe.ꝛ posthu. ¶ Secundo post mortem omnium descendentiũ
masculorum substituit propinquiores de domo et familia mascu
los: ꝛ non feminas. Primum probatur: quia altero filio mortuo si
ne liberis masculis semper in alio capitulo vocat alios filios ma
sculos ꝛ eorum liberos masculos.d.l.qui filiabus. Secundo quia
omnia reguntur ab eodem verbo: qualitas apposita in dicto capi
tulo qualificat omnia: vt no.Bar.in.l.seye.§.gayo.ff.de fun.instru.
Igitur qualitas masculinitatis expressa.i.suorum masculorum: et
ibi aliquis masculis qualificat omnia contenta in dicto capitulo.
¶ Tertio quia vult q post mortem omnium masculorum descen
dentium succederent propinquiores. Igitur patet q tantum sunt
vocati descendentes masculi. ¶ Item post mortem omnium de
scendentium masculorum vocat propinquiores addens q non vult
q bona exeant de domo: ꝛ propagine de filijs agnatis vllo modo.
Igitur non censetur vocate femine: quia licet sint de domo et fami
lia: vt in.l. voluntas tamen quando bona perueniunt ad feminas
non conseruantur in familia. Sed his mediantibus transeunt in alie
nas familias vt dicit Jo.and.post Jac.de are.in addi.spec.in rub.
de succes.ab.intesta.ꝛ per Bald.in.l. maximum vitium.C.de libe.
prete.ꝛ maxime quia dixit vllo modo que verba includunt omnem
modum per quem bona exirent de familia quia exponuntur aliquo
modo que est vniuersalis.arg.eius quod not.glo.in simili in clemẽ.
j.de foro compe. Item ex quo est apposita negatiua. Item est ac si
dictum esset nullo modo que verba sunt vniuersaliter negatiua vt
per glo.in clemen.vt hi qui de etate ꝛ quali.ꝛ tradit dominus Alex.
in consilio.lv.in.ij.volu.cui voluntati nullo modo esset prouisum si
transiret in feminas vt dictum est: ꝛ talis ratio que est generalior
dicto ampliat dictum ad exclusionem feminarum per quas bona in
familia non conseruantur.l.cum pater.§.dulcissimis.ff.de legat.ij.
ꝛ per Barto.in.l.pater fundum.ff.de leg.iij. ¶ Ex quibus multũ
clare concluditur q ex quo apparet q testator considerauit mascu
linitatem: ꝛ bona in familia conseruari q noluit vocando propin
quiores vocare feminas. ¶ Non omitto q testator ante dictum ca
pitulum: ꝛ hoc quia vocauit tantum masculos ꝛ eos tantum posuit
in conditione ꝛ in dicto capitulo. Et hoc quia intentio mea est ꝛc.
venit amplectendo rationem: ꝛ declarando latius voluntatem suã.
Unde debet a superioribus recipere declarationem.l. quisquis.et
ibi Bar.ff.de leg.iij.ꝛ in.d.l.si seruus plurium in fi. Preterea testa
tor non dixit simpliciter propinquiores: ꝛ attinentes.sed addidit
meos in genere masculino: ꝛ indefinite quo casu non includuntur fe
mine duplici ratione. ¶ Prima ratio est quia materia est differẽs:
ꝛ est diuersa ratio quia per feminas bona non conseruantur in do
mo. Igitur masculinum non concipit femininum secundum Bart.
in.l.j.ff.de pecu.sed tantum masculi includuntur. ¶ Secunda ra
15 tio est quia †testator in testamento districtiue fecit mentionem de
masculis ꝛ feminis: quo casu masculinum non concipit femininum.
ẽm Bal.not.in.l.in multis.ff.de statu ho.ꝛ pulchre cõsuluit domi.
Abba.in consil.xxvj.in.j.ꝛ vlti.col. Facit quod consuluit dominus
Anto.in consilio.xlvj.incipi. Recte decisum est. Item q non inclu
dantur femine patet quia ex quo feminas excludit ꝛ disponit eas ex
cludendo specifice non videtur eas generalibus verbis vocare quia
generalia verba non extenduntur ad casum specialiter prouisum.l.
doli clausula.ff.de verb.obliga.l.sanctio.ll.ff.de pe.ꝛ domi. Alexã.
consilio.xcv.ꝛ consi.cx.in.iiij.volu. Item circa filias non disposuit
nisi de eorum dotibus. Igitur non sunt ad fideicommissum vocate
plura sunt consilia domi. Alexan.in.consi.ccij.in.iij.volu.ꝛ in consi.
cij.in.iiij.volu.ꝛ in consi.cc.in.ij.volu. Et sic nõ obstant prima ꝛ se
cunda ratio in contrariũ allegate. ¶ Ex quibus patet etiã respon
sio ad tertiam rationẽ quia illa verba remaneant in familia cogna
tionis: ꝛ domo intelligi debent scilicet masculorum prout supra lo
quutus fuerat. Naz primo dicit q intentio sua est q bona non erant
extra domum suam sed agnationem suã sed mediantibus feminis
exirent. Et subditur sed remaneant ĩ familia cognationis ꝛ domus.
Et sic non solum soluit q bona peruenirent ad agnatos ꝛ non exi
rent de agnatione sed remanerent in familia quod significat perse
uerantiam vt in.l.patre furioso.ff.de his qui sui vel alie.iur.ꝛ in.c.
significauit de offi.ordi.ꝛ non solum voluit q remanerent sed q non
exirent de familia quod pluries repetit propter quod magis volun
tas demonstratur vt in aut.siue a me.C.ad velle.cui voluntati non
esset satisfactum si perueniret ad feminas que transeunt in alienas
familias vt dictum est. Non obstat verbum cognatio quia est aptuz
comprehendere etiam agnationez.insti.de legitima agna.tu.in.§.j.
Et hoc modo.scilicet respectu agnationis intelligitur quoniam est
iunctum cum verbo familie quod importat agnationem.l.pronun
ciatio.§.familie.ff.de verb.signi. Item cum verbo de domo quod
etiam agnationem significat. Barto.in.l.j.in princi.ff.ad sille.agna
tis sed de cognatis ꝛ de domo ꝛ de familia: quibus mediantibus
bona remanerent in familia non exeant. Et licet femine fuissent vo
cate cessantibus masculis earum filij ex earum persona non possunt
16 admitti illis mortuis †quia fideicommissum conditionale non trans
mittitur etiam in descendentes vt est glo. communiter approbata
in.l.vnica.C.de his qui ante apertas tabu. ¶ Non obstat quinta
ratio quia prohibuit q filie femine non succederent filijs suis in bo
nis suis quoniam noluit q succedendo impedirent fideicommissum
factum masculis quibus non extantibus voluit eas posse succedere
eorum parentibus non autem vocauit ad fideicommissum. Cum ex
presse non sint vocate nec a contrario sensu qui est q succedant pa
rentibus eorum in bonis suis ab intestato per fideicommissum au
tem succeditur testatori ꝛ non grauato.l.coheredi.§.cum filie.ff.de
vulga.ꝛ pupilla.ꝛ si enim voluisset admitti ad fideicommissum te
statori ad suam hereditatem vocasset. Item non inducitur fideicom
missũ a contrario sensu sed censetur reseruata successio ab intestato
vt est glo.a doc.approbata in.l.lucius.ff.de here.insti.ẽm quã doc.

communiter consulunt. ¶ Minus autem obstat quinta ⁊ vltima
ratio qꝛ testatoꝛ voluit descẽdẽtes masculos admitti: donec vnicus
extaret eis cessantibꝰ nullũ substituit. Igit̃ expirat substõ. casus est
in.l.cum pater. §.libertis.ff.de lega.ij. ⁊ si qui sunt substituti sunt
propinquiores masculi vt supra declaratum est ⁊ ita est vera inten-
tio testatoris que ex omnibus fere capitulis substitutionum colligi-
tur.que preualere debet.l.cum virum.C.de fideicommissis.l.in con
uẽtionibus primum locũ. ff. de conditi. ⁊ demon.cum vulgaribus
nec obstat si dicatur ꝙ immo domina Helena ex vi verborum non
est exclusa.quia testatoꝛ dixit ꝙ si aliqui dictorum filiorum decede
rent relictis tamen filiabus ⁊ non masculis ⁊c. Sed in casu nostro
Jacobus decesserit relicto domino Juliano ⁊ domina Helena. Igi
tur non verificantur verba substi.ad exclusionem feminarũ.l.si ser-
uum.ver. Non dixit pretor.ff.de acqui.here.l.si ita scriptum.ff.de li-
be.⁊ posthu. Nam ad hoc respondetur ꝙ fortius existentibus mascu
lis dominam Helenam exclusisse videtur ex mente qꝛ ex omni par
te testamenti apparet ꝙ voluit ꝙ bona in familia conseruarentur
ideo dixit feminis ⁊ non masculis. vnde a maioritate rationis habe-
mus hoc dicere nam non est dubium ꝙ si remãsisset masculus erat
locus substitutioni respectu aliorum de domo qui preferebant̃ femi
nis sed masculi ex Jacobo preferuntur alijs de domo iuxta.l.cũ ac-
cutissimi.C.de fideicom.⁊ qꝛ ita expressit testatoꝛ qui p̃ferebatur fe-
minis. Igitur fortius filij Jacobi ⁊ sic dñs Julianus debet feminis
preferri.l.tale pactum.in fi.ff.de pac.⁊ qꝛ vt dictum est masculi sem
17 per vocantur donec vnus masculus superesset. Ex quibus † infertur
ꝙ exclusis filiabus censentur exclusi descendentes ex eis iuxta no.in
l.liberorum.in ver. Quid si filia.per Bar.ff.de verb.signi.⁊ qđ no.
glo.in.c.q̃uis.de pac.in.vj.⁊ maxime ex quo sunt excluse fauore ma
sculorum ⁊ conseruãde agnationis iuxta no.per Bal.in.l. maximũ
vitium.C.de libe.prete.⁊ per Pau.de ca.consi.cccxlviij.incipi. In
puncto queritur. Et sic non obstat qđ dicit Franciscus tigrini in cõ
silio quod incipit. Super questione. vbi exclusis filiabus noluit ex-
cludi filios filiarum.qꝛ masculinum non concipit femininum.⁊ not.
Albe.in tractatu statutorum in prima parte.q.xiiij. Quoniam hoc
falsum maxime propter rationem conseruande agnationis ad hoc
qđ no. Bal.in.l.venia.C.de in ius voc. Itez exclusa femina ⁊ sic alij
descendentes ex ea sunt exclusi.vt dicit Bal.in.d.l.venia.⁊ Pe. de
anch.in.c.j.de consti.col.xxxj.⁊ Pe.de anch.in cle.j.de baptismo.⁊
Alex.in consi.cij.in prima parte. Ex quibus infero ꝙ si femine nõ
sunt vocate.⁊ dñs Julianus esset vltimus de familia ad libitum di-
sponeret. tum qꝛ est casus omissus.l.si cum dotem.ff.solu.matri.in
prin. Tum qꝛ est casus in.l.peto.§.fratre.⁊ in.l.cum pater.§. liber-
tis.ff.de leg.ij. Item eo qꝛ lꝫ alij de familia essent vocati: ex quo sunt
premortui expirauit fideicommissum.l.vnica.§.sin autem sub condi
tione.C.de cadu.tol.⁊ per glo.in.l.vnica.C.de his qui ante aper. ta.
Item ex quo testatoꝛ exclusit filias proprias cẽsetur exclusisse filias
filiorum.iuxta no.per Fulg.⁊ Pau.in.l.j.C.de cõdi.inser. ⁊ Pau.
in consi.lxix.⁊.Fulgo.consi.xviij.⁊ consil.xxxviij.late dico in.l.cum
auus.ff.de condi.⁊ demon. ¶ Circa tertiam difficultatem: primo
aspectu concludendum videbat̃ ꝙ si grauatus diceretur Julianus
aliquo fideicommisso ꝙ illud teneretur restituere non obstante sup-
existentia Jacobi filij legitimati. Nam fuit grauatus si decesserit
sine filijs masculis ex legitimo matrimonio procreatis que condi-
tio videtur deficere licet decesserit cum filio legitimato. Nam licet
magna sit difficultas quando qs est grauatus si decesserit sine filijs
legitimis ⁊ naturalibus: si decesserit cum legitimatis conditio defi-
ciat de qua late in.l.ex facto.§.si quis rogatus. ff. ad trebel. vbi late
18 per dominum Alexan. † quãdo quis est grauatus si decesserit sine
liberis ex legitimo matrimonio natis ⁊ procreatis liberi legitimati
lꝫ sint legitimi ⁊ naturales: tñ non dicuntur nati ex legitimo matri-
monio. Igitur in eis non videtur conditio verificari nec legitimatus
videtur substitutum excludere: qꝛ testatoꝛ retulit se ad tempus nati-
uitatis: ⁊ ad modum nascendi naturaliter: ⁊ vere non autem ficte ita
concludit Bal.in.l.gallus.§.si eius.in fi.ff.de libe.⁊ posthu.⁊ Bal.
in.l.si quis posthumos.in prin.ff.de libe.⁊ posthu. vbi refert Bono
nie fuisse disputatum. Idem Bal.in.c.innotuit.de elec. Bal. Saly.
⁊ Pau.de ca.in.l.fi.C.de his qui ve.eta.impe.⁊ Bal.i.l.si ita quis.
§.fi.ff.de leg.ij.⁊ in.l.lucius.la.ij.ff.de here.insti.idem do. Ant. in.c.
per venerabilem.extra qui filij sint legi.⁊ Ang. in sua disputatione
que incipit. Quidam nobilis genere.⁊ Bar.consi.lxxv.⁊ ita habet̃
in pluribus consilijs preceptoris mei do. Alex. prout habetur in pri
mo volu.consi.ij.xxv.⁊.lxxvij.⁊ sic concludi videbatur ꝙ dictus Ja
cobus filius legitimatus non excluderet aliquem vocatum ad fidei-
commissum. ¶ Confirmatur ista opinio qꝛ dicitur sine liberis legi-
timis ⁊ de legitimo matrimonio natis debet enim aliquid operari il
lud verbum: ⁊ de legitimo matrimonio natis.arg.l.si quando. ff. de
C de agrico.⁊ censi.lib.xj.⁊ in specie in istis verbis tradit dominus
Anto.in.c.tanta.⁊ in.c.per venerabilem.qui filij sint legiti. Et licet
in substitutione facta filijs.⁊ de filijs sint adiecta illa verba.si decesse
rint sine filijs masculis legitimis ⁊ de legitimo matrimonio procrea
tis ⁊ nõ in inferioribus substitutionibus factis nepotibus de quibꝰ
agimus: sed tantum fiat mentio de legitimis ⁊ naturalibus.⁊ dicta ĩ
vno capitulo nõ censentur in alio repetita ſꝫ Bar.i.l.seye. §.gayo.
ff.de fundo instru. Tamen hoc non videtur obstare: quia ex verisi-
mili mente defuncti concludendum videtur ꝙ qua ratione testatoꝛ
noluit vocare: seu in conditione ponere filios logitimatos filiorum
fortius noluit ponere in conditione: seu vocare alios filios legitima
tos nepotũ vel vlterioris gradus ar.l.si viua matre.C.de bonis ma
ter.⁊ vna pars testamenti per aliam declarat̃.l.si seruus pluriuꝫ in
fi.ff.de lega.j. Et quia in vna parte testamenti est facta mentio de le
gitimis ⁊ legitimo matrimonio natis.⁊ hoc voluit Franci. tigri.in
l.generaliter.§.cum autez.C.de insti.⁊ substi.sub condi.fac. ⁊ refert
do. Alex.in consi.xciiij.in.j.vo. Facit qđ ipse dicit in cõsi.ij.⁊ in ꝯsi.
xxv.eodem volumine.⁊ quod no. Bar.in.l.ex facto.§.si quis roga-
tus.ff.ad treb.⁊ supra retuli. Et maxime qꝛ erat nobilis iuxta tex.in
l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad treb.⁊ quod habetur in.l.si qua il-
lustris.C.ad orficia. Non enim censetur predilexisse liberos vlterio
ris gradus q̃ꝫ filios primi gradus vt per multa probat do. Old in
suo consil.cxlj.incipi. Thema tale dominus ⁊c. Ex quibus videtur
ꝙ testatoꝛ voluerit filias excludi existentibus masculis natis ex le-
gitimo matrimonio. Igitur eis cessantibus ex mente filie videntur
in fideicommisso includi: que mens preualere debet.l.iij.C.de liber.
prete.l.cum proponebatur.ff.de leg.ij.cuꝫ multis simi. ¶ Quibus
tamen non obstantibus contrariam sententiam veriorem esse existi
mo ꝙ immo dictus Jacobus filius legitimatus excludit dictam
Helenam ⁊ alios descendentes ex feminis.⁊ hoc esse verum ostendi
tur duplici via etiam posito ꝙ dicta Helena ⁊ masculi descẽdẽtes
ex feminis essent vocati ad fideicommissum. ¶ Prima quia ipse
Jac.filius domini Juliani legitimatus per mortez domini Juliani
per prius est in fideicommissũ inuitatus. ¶ Secunda qꝛ in persona
domini Juliani exspirat fideicommissum propter superexistentiam
Jacobi filij legitimati. ¶ Prima via probatur ꝙ dictus Jacobus
filius dñi Juliani censetur vocatus iure fideicommissi a Joãne pri
mo testatore cum sit de descendentibus suis masculis sed testatoꝛ
clare disposuit ꝙ bona sua semper vadant in filios suos ⁊ in filios
filiorum suorum ⁊ eorum descendẽtium donec ipsorum superfue-
rit vnus filius masculus apud quem voluit bona remanere.⁊ ꝙ non
possent exire de domo ⁊ de familia sua. Igitur ad ipsum debent bo
na iure fideicommissi deuenire. Uerba enim sunt multuꝫ clara. Un
de non est opus altera interpretatione.l.ille aut ille.§.cum in ver-
19 bis.ff.de leg.iij. † Nam appellatione filiorum venit filius legitima-
tus.l.tutelas.⁊ ibi no.ff.de capitis diminu. Et veniunt etiam appel-
latione filiorum legitimorum ⁊ naturalium: ex quo legitimati in ni
hilo differunt a filijs legitimis ⁊ naturalibus in aut̃.qui. modis na
turales efficiuntur sui.§.que varie.⁊.§.illud. Et in aut̃.quibus mo
dis naturales effici. sui legitimi.§.liceat. Quinimo dicitur vere legi
timus ſm Bar.in.l.si is qui pro emptore in tertia questione princi
pali.versicu. Item queritur.ff.de vsucapio.⁊ notat Bald.in.l.im-
perialis.C.de nupt. Et Rapha. cuma.in consil. clxviij.incipiente.
Uenerande pater. Et ꝙ appellatione filiorum legitimorum veniat
filius legitimatus late prosequitur domi. Alexan.in.l.ex facto.§.si
quis rogatus.ff.ad trebel.⁊ in suo consilio.ij.in primo volumine.qđ
quia clarum est non prosequoꝛ. ¶ Considerandum tamen est quod
testatoꝛ in primis in prima substitutione facta filijs voluit admitti
filios suos legitimos ⁊ naturales nec voluit illos excludi nisi filijs
decedentibus cum filijs legitimis ⁊ naturalibus de legitimo matri-
monio natis. Unde tunc apposuit conditionem si decesserint sine fi
lijs legitimis ⁊ naturalibus de legitimo matrimonio natis in substi
tutione facta de alijs liberis testatoris: non autem in alijs substitu-
tionibus aliorum descendẽtium non videtur illa qualitas repeten
da: dum dicitur de legitimo matrimonio natis: in alijs substitutio-
nibus vt dixi per notata per Bar.in.d.l.seye.in.§.gayo. ff.de fun.
instruc.⁊ ad rationem in contrarium dicendum quod licet testatoꝛ
in filijs abhorreret talẽ coitum vt ad nuptias inducerentur tamen
potuit non errasse in nepotibus existentibus in gradu distantiori:
quia tanta ratio non fortiter militat: facit quod habetur in.l.si.C.de
natura.libe. vnde ratio allegata militat quando excluditur filius
alia ratione que militat pariter in nepote iuxta id quod habetur in
l.si viua matre.C.de bonis mater. Sed in casu nostro in nepote non
militat tanta ratio sicut in filio vt dixi: ⁊ ideo nõ debet fieri repetitio
illius qualitatis cõtra regulas iuris: vt in.d.§.gaio. probatur. facit
l.vxori.ff.de leg.iij.⁊ per Bar.in.l.pretoꝛ.§. eritq̃ꝫ differentia. ff. vi
bono.rap. ¶ Preterea lꝫ apponendo seu filios filiorum in cõditio
ne expresserit testatoꝛ de filijs de legitimo matrimonio natis ⁊ pro-
creatis: tñ postea in vocando filios: ⁊ filios filiorum ⁊ descendentes
nõ apposuit dictã qualitatẽ. Igitur nõ debet fieri repetitio in diuer
sa: ⁊ disposita in.c.separato. vt in dictis iuribus: ⁊ maxime qꝛ inter
capitulum substitutionis prime in quo apponit̃ dicta qualitas sunt
alia capl'a separata respiciẽtia vxorẽ ⁊ filias. Item mutant̃ persone.
Igitur

Igitur non censetur talis qualitas repetita in capitulo. Et hoc qr
intentio mea est: propter a capitulo separata que sunt in medio vt
est casus per quem ponit Bart. istam doctrinam in. l. fi. ff. de reb.
dub. τ Bar. in consi. xxvij. Bald. in. l. fi. de indi. vidui. τ est gl. in. §.
item lapilli. insti. de rerum diuisio. τ traditur in. l. talis scriptura. ff.
de leg. j. cum simi. ¶ Preterea primo posuit filios filiorum natos ex
legitimo matrimonio demum expressit liberos sub alia conditione
scilicet legitimos τ naturales: τ sic specifice sub ista qualitate. Igit
prima qualitas non censetur repetita nec loquantur allegata per
Bar. in. d. §. si quis rogatus. cum simili. quia si voluisset sub eadē
qualitate vocare expressisset. c. ad audientiam. de decimis. ¶ Po
20 stremo † ad minus nullus iustificari poterit ꝙ illa qualitas de legi
timo matrimonio apposita in conditione apparet apposita ne nati
ex legitimo matrimonio a fideicommisso excluderentur a filio legi-
timato: τ sic videatur intētio testatoris velle natos ex legitimo ma-
trimonio preferendos esse filijs legitimatis. Igitur filijs seu liberis
de legitimo matrimonio nō existentibus nō potest negari quin intē-
tio testatoris que ex verbis colligitur fuerit ꝙ tunc legitimati admit
terentur τ hoc clare colligitur ex illo vltimo capitulo dum dicitur.
Et hoc qr intentio est vsq ad versiculum. Item volo τ iubeo. primo
dum dicit: vsq dum viuens superstes extabit aliquis masculus ex
descendentibus. Nam filij legitimati sunt descendentes. sunt enim
filij τ sui heredes vt nota. Barto. in. l. ij. in prin. ver. Item quero qd
si aliquis filius naturalis. ff. de vul. τ pupil. τ no. Bal. in. l. eam q̄.
in. ij. col. C. de fideicō. τ Rapha. cu. in consi. ccxij. incipiēte. Reuerē-
dus pater. τ ideo legitimatus postq̄ reperit se preteritum rumpit
testamentum: vt notat Bal. in. l. filius a patre. §. j. ff. de li. τ posthu.
τ dominus Anto. in. c. per venerabilem. in. ij. col. extra qui filij sint
legitimi. ¶ Nec dispositio testatoris loquentis quando extant alij
filij legitimi de legitimo matrimonio nati est trahenda ad casū quā
do non extant: qr est valde diuersa ratio vt patet in. l. fi. τ ibi no. etiā
in aut. ibi posita. C. de na. lib. videmus aliquando spurios admitti
deficientibus legitimis in subsidium. l. generaliter. §. spurios. ff. de
decurionibus. τ glo. in. l. si vero liberis. ff. solu. matri. τ patet ex men
te testatoris ꝙ voluit ꝙ bona remanerent in familia τ domo sua et
de domo τ familia sua perpetuo nō exirēt τ per istum modū satisfit
eius voluntati: τ econtra si femine vel descendentes ex eis admitte
rentur: quia bona transirent in alienas familias. Sunt enim filij le-
gitimati de familia: τ domo qr sunt agnati: vt in. l. pronunciatio. §.
21 familie. ff. de ver. signi. Videmus enim ꝙ † legitimati succedunt iure
agnationis in hereditatibus agnatorum: vt no. Jo. an. in addi. spec.
in titu. de succes. ab intesta. §. fi. in pe. col. τ do. Anto. in. c. per vene-
rabilem qui fi. sint legiti. τ sic per legitimos bona in familia τ agna
tione conseruātur: τ tenet Bar. de saly. in. l. imperialis. §. sic itaq.
C. de nup. tradit do. Alex. in ꝯsili. ij. in primo vo. facit ꝙ no. Pau.
de ca. in. l. fi. C. de his qui veni. eta. impe. τ Raph. fulg. in ꝯsi. xxxiij.
incipien. dn̄a Caterina. quod etiam patet ex his que no. Bal. in. l. eā
quā. C. de fideicō. versi. Item quesitum fuit: vbi voluit ꝙ stante sta-
tuto ꝙ stantibus filijs masculis filia femina non succedat quod est
factum ad conseruationem bonorum in agnatione vt declarat bald.
in. l. maximum vitium. C. de libe. prete. tamen locum habet in filijs
legitimatis. ¶ Ex quibus infero in proposito ꝙ quamuis existenti
bus liberis ex legitimo matrimonio ille versiculus: τ hoc qr intētio
debet restringi ad liberos descendentes τ attinentes natos ex legiti
mo matrimonio: qr videtur esse eadem ratio: τ mens sicut in prima
substitutione. Tamen eis cessantibus videtur ꝙ dictus versiculus
debeat intelligi qr nō est eadem mens: τ ratio considerata a testatore
vt supra. l. j. §. τ generaliter. de leg. prestā. xix. dist. c. si romanorum.
¶ Patet ex ratione dispositiue: τ nō enunciatiue assignata a testa-
tore que habet restrigere dictū τ ampliare. l. cū pater. §. dulcissimis.
τ ibi Bar. ff. de leg. ij. τ p Bar. in. l. cū pater. §. fundū. ff. de lega. iij.
Sed ratio assignata ne bona exeant: sed in familia remaneāt arguit
ꝙ cessantibus masculis de legitimo matrimonio admittantur legi-
timati. Igitur τc. ¶ Confirmatur qm̄ attenta dicta ratione que so
la est sufficiens testator in genere cogitauit ꝙ bona perpetuo ī fami-
lia remanerent: vn̄ si in specie cogitasset casum existentie filij legiti-
mati cessantibus omnibus legitimis τ naturalibus τ descendētib9
transuersalibus de domo testatoris nō est dubiū ꝙ videns ꝙ nullo
alio modo poterant ī familia remanere ꝙ specifice disposuisset hūc
legitimatum feminis τ descendentibus ex feminis preferendū. Igit
in casu nostro hoc concludendū est cū generalitas verborum τ mens
testatoris conueniāt prout ista probatur ī fortioribus terminis in
l. tale pactum in. fi. vbi est glo. no. quam ibi ponderāt Bal. τ Pau.
de ca. Et est tex. τ ibi Bald. τ alij in. l. titius. §. lutius. ff. de liber. τ
posthu. τ per bal. in. l. j. C. que res pigno. obli. pos. τ Saly. in. l. ij. C.
de noxalibus. ¶ Postremo hoc clarissime colligit ex verbis dicti
capituli vbi testator dixit ꝙ est sua firma intentio per verba multū
ampla ꝙ bona remaneant: τ non exeant de familia: τ disponit qd
ista sua dispositio seruari debeat: τ locum omnino habere per omnē
modum viam τ formam quibus hoc melius valeat sortiri effectum.

Sed in casu nostro nullus est alius modus: nisi qd Jacobus admit
tatur ad fideicommissum. Igitur admitti debet: faciunt notata in. l.
cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. ij. Et per Bar. in. l. j. §. si quis
ita. ff. de verbo. obliga. τ per Bal. in. l. quotiens. C. de heredi. instit.
τ Cuma. τ do. Alex. in. l. si stipulatus. §. grisogonus. ff. de verb. obl.
¶ Ex quibus sine exitatione concluditur ꝙ dictus Jacobus filius
legitimatus dicitur ad fideicommissum inuitatus exclusis feminis τ
descendentibus ex feminis. ¶ Secunda via est quia dominus Ju-
lianus aut non est grauatus τ res est clara. Aut dicitur grauatus in
illo casu. Et hoc qr intētio mea est τc. τ tunc censetur dominus Ju
lianus grauatus si decesserit sine filijs legitimis τ naturalibus vt in
l. cum accutissimi. C. de fideicommissis. τ in. l. generaliter. §. cum au-
tem. C. de institu. τ sub. sub cōdi. factis. Sed dominus Julianus de
cedit cum Jacobo filio legitimato. vnde expirat sustitutio secundum
Joan. an. in additio. specu. in titu. de testamen. §. j. in fi. τ dn̄s Anto.
in. c. per venerabilem. qui filij sint legitimi. et est communis opinio
docto. quos recitat dominus Alex. in. d. l. generaliter. §. cum autem.
C. de institu. τ substituti. sub conditione factis. τ in suo consilio. ij. in
primo volumine. ¶ Et ad argumentum ꝙ apposita fuit conditio
in persona filiorum si decesserint sine filijs legitimis τ naturalibus
de legitimo matrimonio natis que non videntur verificari. in filio
legitimato vltra respōsiones datas supra ꝙ dicta conditio nō dica-
tur repetita. Respondeo ꝙ apposita est ad exclusionem filiorum et
descendentium masculorum τ aliorum de domo. Unde quatenus
excluderentur alij descendentes masculi ex masculis: vel alij agnati
posset dici repetita conditio cum eadem qualitate ex mente testato
ris: tamen quando non tractatur de exclusione eorum: sed descen-
dentium feminarum vel descendentium ab eis. Tunc non censetur
repetita conditio cum illa qualitate qr contradiceret fini τ intentio
ni testatoris: quia omnes substitutiones fecit vt bona ex familia non
exirent vnde ratio assignata et mens probat hanc distintionem. l.
cum pater. §. dulcissimis. ff. de lega. ij. Et supra latius dictum est et
est ita verissima interpretatio que conformis est menti testatoris: et
regulis iuris vt supra probatum est. Respondeo etiam multum
clare. Nam ratio potissima propter quam mouentur doctores quod
quando substitutio est facta si decesserit sine filijs legitimis τ natu-
ralibus deficit existente filio legitimato est: qr legitimati nō differūt
a legitimis in aut. qui. mo. natu. effi. legit. §. si quis igitur. τ in auten.
quibus modis natura. effi. sui. §. illud. τ. §. reliqui. in quibus iuri-
bus probatur ꝙ omnia iura legitimorum attribuunt legitimatis.
22 Igitur † dispositio testatoris per interpretationē passiuā iuris com
munis que loquitur de filijs legitimis et naturalibus verificatur
etiam in filijs legitimatis. l. j. §. lex falcidia. ff. ad. l. falci. Sed ista ra-
tio militat etiam in casu nostro. Igitur militare debet decisio. Nam
in effectu dicte legitimationes in successionibus fideicommissis τ cō
ditionibus volunt quod dictus Jacobus sit: ac si esset natus a prin
cipio: τ conceptus de legitimo matrimonio τ attribuunt omnes fa
uores quos habent illi qui a principio essent nati: et concepti ex legi
timo matrimonio. prout clare dicunt dicte legitimationes. Igitur
dispositio testatoris per interpretationem passiuam principis in sua
legitimatione que loquitur de filijs legitimis τ naturalibus de legi
timo matrimonnio procreatis locum habet in hoc filio legitimato
per tex. in. d. §. lex falcidia cum ibi plene notatis. ¶ Preterea ex
quo iste legitimatus est adequatus in legitimationibus filijs legiti-
mis et naturalibus: τ de legitimo matrimonio natis: priuilegia τ
fauores attributi filijs natis de legitimo matrimonio censetur etiā
attributi huic filio legitimato: ac si esset de legitimo matrimonio
procreatus. l. maximum vitium. C. de liber. prete. τ in. l. lege duode
cim tabularum. C. de legi. heredi. τ notā. Barto. τ docto. sequuntur
in. l. j. ff. de lega. j. cum concordantijs. de quibus ibi per dominum
Alexand. Et maxime hoc procedit in casu nostro quia princeps
vult ꝙ censeatur ac si a principio fuisset de legitimo matrimonio cō
ceptus τ procreatus in omnibus: τ per omnia: que verba sunt mul
tum precisa: vt in. l. ij. §. furiosus. et ibi Ang. ff. de iure codicil. cum
concordantijs allegatis per dominum Alexand. in. l. j. ff. de lega. j.
τ ista est responsio multum clara ni fallor maxime quia est confor-
mis voluntati defuncti. ¶ Postremo non omitto quia domina
Helena soror dicti domini Juliani renunciat omnibus iuribus que
habet in dictis bonis occasione τ fideicommissorum τ substitutionū
si que deberentur virtute testamēti domini Joannis quod quidem
facere potuit. l. j. C. de pac. τ valuit ex quo renunciauit inspectis τ co
gnitis verbis testamenti domini Joannis iuxta id quod habetur in
l. de his. ff. de transac. τ in. l. qui rome. §. duo fratres. ff. de ver. oblig.
per Bar. in. iiij. q. τ ibi latius per doc. τ valet ista renunciatio nec po
terit infringi ab aliquo qui prius habet iura cessa a dicta domina He
lena. Nā potuit domina Helena post cessionem liberare dominum
Julianum debitorem: τ eidem iura renunciare per pactum non ob-
stante cessione prius facta quam dn̄s Julianus ignorabat. vt pbat
in. l. ex facto. §. si heres. ff. ad treb. τ ibi glo. Bar. τ Joā. de imo. in. l.
fi. τ ibi p glo. τ doc. ff. de transac. τ in. l. si cū emptore. τ ibi p glo. bar.

Bald.⁊ alios.ff.de pac.cum simili. ¶ Nec opus est intrare illam
questionem an renunciatio matris noceat liberis iuxta.not.in.l.qui
superstitis supra de acqui.heredi.quia illam tollit statutum Pla
centinum sub rubrica.de mulieribus facientibus fines. ¶ Ex qui-
bus omnibus concludendum est indubitanter ꝙ dictus Jacobus fi
lius legitimatus non obstante testamento domini Joannis tutissi-
mus erit in bonis sibi relictis a domino Juliano eius patre per euz
possessis:ac si dominus Joan.nullum fecisset testamentum.
Laus deo Bartho.soci.⁊c.

¶ Summarium.

☞ Inspice questiones prepositas ⁊ videbis quid hic tractetur.

1 Contractus qñ habet plures particulas:⁊ in vna fit mentio officij ipsius contrahentis qualificans ipsaz obligationẽ in alijs cõtrahẽs loquitur simpliciter.

2 Qualitas apposita ꝑsone in vna oratione ⁊ in alia continet disposi-tionẽ eque principalẽ nõ intelligit̃ repetita.

3 Qualitas apposita in vna orõne nõ censetur in alia repetita:qñ est idẽtitas ꝑsonarũ ⁊ diuersitas rerum.

4 Promittẽdo simpliciter dr̃ ꝓprio noĩe ꝓmittere.

5 Mandatarius tenetur mandatum sibi factum consummare ⁊ execu tioni mandare.

6 Quicquid obijcitur in contractibus:re:loco:tẽpore:⁊ personis ha-betur pro omisso.

7 Nouatio non fit hodie interuẽtu noue persone nec ipso iure nec ope exceptionis.

8 Confessio non nocet quando post confessionem secuta est promissio incontinenti.

9 Solẽnitas acceptilatiõis nõ est curãda inter mercatores inter quos valet tãtũ pactũ nudũ quantũ valet stipulatio.

¶ Consilium.lxiiij.

¶ Dñs labia mea aperiat ⁊ spũssctũs illuminet intellectum.

In causa que vertitur inter
Reuerendissimum dominum Cardi. Portugalie. Et
Clementem ⁊ Hieronymũ Sernisij mercatores. Uisis
instrumentis litteris cambij:⁊ scripturis librorum quattuor sunt discu
tienda si recte percipio. ¶ Primum est nunquid dicti de Sernisijs
sint obligati Reuerẽdissimo dño Cardi.virtute instrumẽti obliga-
tionis confecti inter prefatum dñm Car.⁊ Petrum de Ricasulis ⁊
ratificationis inde secute. ¶ Scdm posito ꝙ sic:an fuerint liberati
per litteras cãbij trãsmissas ad Romanã curiam ⁊ acceptatas a di
cto petro. ¶ Tertium posito ꝙ non. An sint liberati per promis-
siones factas per Petrum prefato domino Cardinali. ¶ Quar-
tum posito ꝙ liberati non essent. An dicãtur liberati propter quie
tationes factas per prefatum do.Cardina.dicto Petro recipienti
pro illis de Sernisijs. ¶ Capio primam difficultatem que primo
aspectu videbatur decisa per Bal.in.l.procurator qui pro euictiõe
1 ff. de procurato.in fine:vbi querit† quando contractus habet plu-
res particulas:⁊ in vna fit mentio officij ipsius contrahentis quali-
ficans ipsam obligationez in alijs contrahens loquitur simpliciter.
An totus contractus intelligatur qualificatus.⁊ respõdet ꝙ sic per
tex.quem ad hoc dicit notabilem in.l.lucius.ff.de fideicommis.liber
ta. Igitur cum in casu nostro in principio contractus Petrus de
Ricasulis dicat se facere vice ⁊ nomine Clementis ⁊ Hyeronimus
de Sernisijs videtur totum contractuz facere dicto nomine licet po
stea simpliciter loquatur:⁊ videtur hoc probari ex notatis ꝑ Bart.
in.l.si stipulatus.§.grisogonus.cuz concordan. de quibus ibi.ff.de
verbo.obliga. ¶ Sed hoc non obstante contrariam sententiam ve
riorem esse existimo. ꝙ immo in conuentione inita inter dominum
Cardinalem ⁊ dictum Petrum de Ricasulis vsqꝫ ad versiculum.
Qui Petrus teneatur soluere ⁊c.loquitur Petrus vice ⁊ nomine
clementis ⁊ Hieronymi Sernisij. Sed in dicto versicu.loquitur ꝓ
prio nomine ⁊ non vice:⁊ nomine dictoruz Clementis ⁊ Hieronymi
hanc conclusionem probo per ea que ponit Bar.in dicta.l.si stipu-
2 latus.§.grisogonus.ff.de verbo obliga.† vbi dicit ꝙ quando qua-
litas est apposita persone in vna oratione:⁊ in alia oratione que con
tinet dispositionez eque principalẽ non intelligitur repetita:allegat
notata in.l. in repetendis.ff.de leg.iij. Sed in casu nostro conuentio
de qua agimus continet inter alia tres conuentiones eque princi-
pales. ¶ Prima est ꝙ Hieronymus de sernisijs vel alij eorum no
mine debeant recipere in partibus Portugalie quascumqꝫ pecu-
niaruz quãtitates a factoribus Reuerendissimi domini Cardinalis
¶ Secũda est ꝙ teneant̃ facere de pecunijs receptis litteras cãbij
directas dicto Petro de Ricasulis. Et hec duo contracta sunt et
nomine Clementis ⁊ Hieronymi. ¶ Tertia est ꝙ dictus Petrus
teneat̃ i curia romana soluere domino Cardinali dictas pecuniarũ
quantitates contentas in litteris infra certum tempus que tria sunt
eque principalia. Igitur qualitas in principio adiecta non censetur
in alia oratione repetita. An autem censeatur repetita in capitulis
accessorijs:tunc videndum est Barto.in.d.§.grisogonus. ¶ Scdo
principaliter ista conclusio probatur ex his que ponit Bar.in.l.in
repetendis.ff.de lega.iij.vbi dicit ꝙ † quando est idẽtitas ꝑsonarũ:⁊
diuersitas rerum qualitas apposita in vna oratione non censetur in
alia repetita.allegat.l.loquentẽ in cõtractibus in.l.q fundũ.ff.de cõ-
trahẽ.emp. Sed ita est hic qr est idẽtitas ꝑsonarũ:⁊ diuersitas rerũ
promissarum. Igit̃ qualitas apposita in vna oratione non censet̃ in
alia repetita:⁊ ideo Bar.in.d.§.grisogonus.alle.no.in.d.l.in repe-
tendis. Idẽ voluit Bar.in.l.seye.in.§.gayo.ff.de fun.instr. ¶ Ter
tio probatur nam cum isti de Sernisijs essent obligati excipere pecu
nias in partibus Portugalie:⁊ mittere romã litteras directas ad
Petrum de ricasulis. Credendũ est ꝙ reuerendissimus dñs Cardi
nalis ꝓcurauerit habere aliquẽ in curia obligatũ a quo dictas pecu
nias petere posset. Nã si ꝓcuratorio noĩe ꝓmisisset secuta ratificatio
ne non fuisset amplius obligatus iuxta id qđ habetur in.l.fi.ff.de iu
sti.⁊ iu.l.procurator qui pro euictione.ff.de procura.qđ nullus sani
iudicij diceret fuisse de mẽte dñi Cardinalis:lꝫ aũt al's fiat repetitio
qualitatis in sequenti oratione nõ fit qñ talis repetitio cõtradiceret
mẽti contrahentium casus est ⁊ ibi no.in.l.lꝫ imperator.ff.de leg.j.⁊
ibi Bar.sicut al's qñ non fieret repetitio qualitatis:tñ fieri debet ad
saluandam mẽtem disponẽtis ſm Bar.in.l.seye.§.gayo.ff.de fun.
instru. ¶ Quarto confirmatur. Nã ante ver. Qui petrus ⁊c. Hiero
nymus ⁊ Clemẽs de oĩbus receptis in partibus portugalie tenent̃
facere litteras cambij directas ad romanã curiã eidem Petro de ri
casulis deinde dicitur qui Petrus teneatur soluere ⁊c. Nulli autez
dubium ꝙ dicte littere nõ debebant dirigi Petro vt eorum procura-
tori qr hoc non dicitur.d.l.si stipulatus.§.grisogonus. Itẽ patet ex
litteris postea directis ꝙ nõ fuerunt directe Petro vt procuratori
sed vt mercatori in romana curia in quibus litteris nõ simpliciter ꝓ
curatorio noĩe vt dictum est.facit.l.veteribus.ff.de pac.cũ materia.
ex quibus datur intelligi ꝙ ꝓmissio ꝙ littere dirigerentur dicto pe-
tro non debet intelligi Petro vt ꝓcuratori:sed ꝓprio noĩe. Igitur
dum subditur immediate. Qui petrus teneatur soluere ⁊c. Cum lo
quatur de Petro litteras recipiente qua rõne debebat proprio no-
mine recipere:pari ratione censetur eodem proprio noĩe promittere
⁊ non procuratorio. Nam illud relatiuum qui:refert Petrũ cũ qua
litatibus suis ⁊ sic proprio noĩe prout statim dixerat.l.a filio.§.pa-
ter.⁊ ibi Bar.ff.de ali.⁊ ciba.leg.⁊ in.l.si ita scripserõ.⁊ ibi Joã.de
imo.⁊ Pau.de ca.ff.de condi.⁊ demon. ¶ Quinto accedat nã in ꝓ
ximo precedenti.c.dictum fuerat ꝙ Clemens ⁊ Hieronymus debe
rent recipere pecunias in partibus Portugalie:⁊ facere litteras cã
bij ⁊c.⁊ sic dictus Petrus tanqꝫ nuncius concepit verba in personã
Hieronymi ⁊ Clemẽtis:⁊ non tanqꝫ procurator promittendo vice:
⁊ nomine eorum iuxta tex.cum ibi no.in.l.licet.ff.de constitu.pecu.⁊
in.l.multum interest.C.si quis alteri vel sibi. Cum ergo postea dica
tur. Qui Petrus teneatur soluere ⁊c. Ista verba fuerunt concepta
in Personam Petri de Ricasulis vnde non potest dici repetitum
officium nuncij:qr non potest hoc dici qr verba nullo modo conueni
re possunt arg.eius qđ no.Bar.in.l.j.§.lex falcidia.ff.ad.l.falcidiã.
¶ Ex quibus dico ꝙ prima qualitas officij non potest dici repeti-
ta:qr in medio est clausula officij nuncij in qua quis vt nũcius actus
facit qđ contradicit qualitati procuratoris. Igitur in alia clausula
postea sequenti non potest dici repetita.arg.tex.no.⁊ ibi Bart.in.l.
fi.ff.de re.du. ¶ Sexto ⁊ vltimo qr ex quo propter litteras cambij
pecunie veniunt soluendo a Clemente ⁊ Hieronymo ipsi Petro:⁊
ipso Petro soluente venit sibi querenda obligatio contra scriben-
4 tes:† promittendo simpliciter dicitur proprio nomine promittere.l.
procurator qui pro euictione.⁊ ibi Bar.ff.de procurato.cum simili.
¶ Non obstat tex.quem allegat Bald.in.l.procurator qui pro eui
ctione.qr in.l.lucius.la.j.per eum allega.ff.de fideicom.liber.non est
virtute repetitionis sed ex eo qr fuit in arbitrium vxoris commissuz
sub nomine appellatiuo. Secus si fuisset commissum proprio nomi
ne vt est tex.vbi ita distinguit Bal.post Jaco.de are.in.l.cum pro-
ponas.C.de fideicom.liber.⁊ pro eis est text.in.l.lucius.§.meuia. et
ibi Bar.ff.ad treb.ex qbus habemus ꝙ si in.d.l.lucius.fuisset vxor
nominata nomine proprio:non censeretur sub eadem qualitate he-
reditatis commissum. Sed facta est mentio nomine proprio de ipso
Petro. Igitur non intelligitur sub eadem qualitate. Sed dicamus
ꝙ ex scriptura ⁊ ex mente constat de contrario in casu nostro ꝙ no-
luerunt qualitatem repetere. Uñ mẽs attẽdi dꝫ vt dixi. Multa alia
possent hincinde allegari qbus pꝫ intellectus ex his que ponit Bar
to.in.d.l.si stipulatus.§.grisogonus.⁊ ibi no.ff.de ver.obli. ¶ Nec
obstat ratificatio postea secuta. Qm̃ ea que nõ erãt gesta eorum nomi-
ne nõ poterãt ratificare.l.si pupillo.§.sed si ego.⁊ ibi glo.Barto.⁊
alij.ff.de neg.gest.⁊ ꝑ Dy.in regula ratũ.ff.de reg.iur.⁊ ꝑ Bart.in
l.j.C.qui admit.nisi in subsidium.iuxta no.in.l.mater.C.de rei vend.
Igitur generalis ratificatio habuit tantũ locũ in his q̃ eorum noĩe fue-
runt gesta que ratificari nõ poterãt per ea que ponit Bar.in.l.si qs
sub conditione.ff.de condi.insti.si in illa ratificasset in ea parte ratifi
catio fuisset nulla:ideo ad ea non est trahenda ratificatio.l.si quis a
filio.in prin.ff.de leg.j.cum ibi no. ¶ Ex quibus concluditur ꝙ di-
cti de

cti de Sernisijs non erant obligati soluere in curia. ¶ Circa secundum articulum breuibus me expediēdo puto ꝙ dñs iudicās debet diligenter aduertere. Nā multū differunt hi casus si Clemēs ꝛ Hieronymus existentes debitores dñi Cardinalis qui fuissent obligati soluere. ꝛ scripsissent Petro mercatori ꝙ solueret dño Cardinali ꝛ Petrus promisisset: an ipsi essent liberati a dño Cardinali quo casu est questio posita per Bar. ꝛ doc. in. l. singularia. ff. si certuꝫ petatur quasi vel per interuētū noue persone diceretur facta nouatio vel talis promissio cederet loco solutionis: ꝛ casus noster quo dicti clemens ꝛ Hieronymus non fuerūt simpliciter effecti debitores: sꝫ qualificate ꝛ scdm quid: qꝛ tantū reperio ꝙ promiserunt recipere pecuniam ꝛ facere litteras cambij directas ad dictum Petrū de omnibus pecunijs receptis a factoribus dñi cardinalis. Quare diligēter considerandū est: ꝙ aut dicti de Sernisijs nihil lucrabantur ex huiusmodi negocio ꝛ inter eos. ꝛ reuerendissimuꝫ dominū cardinalem erat cōtractus mandati de recipiendo ꝛ scribendo litteras cambij. l. j. ff. mandati. Si autē lucrabantur tūc nō poterat dici contractus mandati. Sed cōtractus nominatus similis mandato. Casus est clarus in. l. naturalis. §. sed si facio. ff. de prescriptis verbis. vbi si actum est inter te ꝛ me. vt exigas a debitore meo carthagine ego tuo Rome resultat cōtractus mandati siue a debitore meo exigere nō potes: ꝛ si non est gratuitum resultat cōtractus innominatus similis mādato. Cum ergo in casu nostro isti de Sernisijs conuenerint de recipiendo pecunias ab institoribus domini cardinalis ꝛ faciendo litteras cambij directas ad Petrum de Ricasulis de omnibus quantitatibus receptis. Uel dicūtur adimpleuisse ꝛ obseruasse mandatum: prout tenebantur: vel cōtractum innominatum in recipiendo ꝛ faciendo litteras prout tenebātur. Igitur dicūtur liberati a dicta cōuentione. ¶ Primum ꝓbatur. Nam mandatarius
5 †tenetur mandatum sibi factum cōsummare ꝛ executioni mandare. insti. mādati. §. mandatum. ꝛ in. l. si mandauero. §. si. ff. eo. tit. Cū autem cōmissum fuerit ꝙ pecunias reciperent ꝛ de receptis mitterent litteras cambij directas ad curiam romanam Petro de ricasulis respectu pecuniarū receptarum de quibus miserūt dictas litteras cambij dicuntur mandatum ꝯsūmasse ꝛ eodem modo. ¶ Secundum probatur quia si est cōtractus innominatus ex quo fecerūt id ad qđ se obligauerunt dicuntur liberati quia diligenter obseruauerunt promissa ꝛ eius mandata. Solutione enim eius quod debetur omnis tollitur obligatio. insti. qui. mo. tolli. obliga. in prin. Sicut enim implendo mandatum dicuntur liberati. Ita implendo ex parte eorum id ad quod se obligauerant dicuntur liberati. Cum ta lis contractus regulari debeat secundum naturam mādati. vt in. d. l. naturalis. §. sed si faciam. ꝛ ibi Bart. ꝛ in. l. j. §. si quis seruum. ff. depositi. ¶ Preterea vt dixi a principio conuentio fuit limitata. nam dicti de Sernisijs non obligauerunt se ad soluendum rome pecuniam receptam nec alibi. Sed tantum ad mittēdum litteras cambij vt dictum est. Igitur limitatum debet producere effectuꝫ. l. cancellauerat. ff. de his que in testa. delen. l. cum tale. §. falsam. ff. de cōdi. ꝛ demonstra. Receptis autem litteris a petro. Petrus fuit ille qui proprio nomine se obligauit ad soluendum pecuniam post certum tempus: fuerunt ergo due conuentiones inite per dominum cardinalem. altera cum illis de Sernisijs de recipiendo pecunias ꝛ mittendo litteras cambij altera vero cum Petro vt receptis litteris post certum tempus soluere deberet ꝛ ita cantat instrumentum a cuius verbis non est recedēdum. l. nō aliter. ff. de leg. iij. Cum
6 ergo illi de Sernisijs adimpleuerint conuentionem ex parte eorum in eo in quo erant obligati liberati sunt. †regula enim est in contractibus quicquid obnititur re loco tempore: ꝛ personis habetur pro omisso ꝛ fit stricta interpretatio. l. si stipulatus. §. grisogonus. ꝛ. l. qc quid astringende. ff. de verb. obliga. ꝛ interpretatio etiaꝫ fieri debet cōtra dominum cardinalem qui fundat se in verbis conuentionis. l. veteribus cum materia. ff. de pactis. ¶ Ex quibus ꝛ alijs que infra dicentur cōcludo ꝙ dicti de Sernisijs pro quantitatibus receptis: ꝛ pro quibus miserūt litteras cambij Petro de ricasulis sunt liberati a prefato reuerēdo dño cardinali: ꝛ est clarum fundamentum. ¶ Capio nunc tertium articulū in quo videbatur primo aspectu cōcludendum ꝙ per dictas litteras directas Petro de ricasulis: ꝛ acceptatas ꝑ dictum Petrum non fuerint illi de Sernisijs liberati a dño cardinali. Ex quo Petrus ei nō soluit hanc enim questionem videtur decidere Barth. de saly. in. l. si filius. ff. ad macedo. vbi querit si aliquis creditor Sempronij habuit litteras cambij destinatas ad alium mercatorem qui illas acceptauit: ꝛ postea fefellit seu foro cessit: an poterit redire contra primum scribentem: et post argumenta in cōtrarium facta cōcludit ꝙ si ille nō dimisit litteras apud illum cui fuerunt destinate nō est liberatus ille qui litteras scripsit: qꝛ fidem secundi sequutus non videtur habuisse fidem de solutione sed illam expectasse ꝛ presentationem litterarum fecisse dicitur vt sciret die adueniente se debere soluere: ꝛ sic vt se prepararet. Unde nec ille qui recipit dicitur soluisse nec ille qui presentauit obligationem nouisse argu. l. quod vendidi. ff. de contrahē. emptio. Si autem litteras dimisisset. Tunc licet magis dubitet: tamē idem cōcludit ꝙ primus nō sit liberatus: quia ille cui date sunt littere sequutus est fidem secundi taliter qualiter voluit primus mercator vt eius mandatarius tam ad cōmodum suum quam scribentis vt ab eo liberaretur: si alter mercator soluat ꝛ non allegatur: ꝛ ideo dicit Barth. de salyce. ꝙ in litteris apponi solent ista verba: ꝛ cuꝫ solueritis ponatis ad rationem nostram. Ex quibus videtur decidi casus noster ꝙ licet Petrus de Ricasulis acceptauerit litteras cambij: tamē ex quo postea est effectus fallitus: ꝛ nō soluit ꝙ reuerendissimus domin⁹ cardinalis possit redire ad illos de Sernisijs. ¶ Cōfirmari videtur ista ꝯclusio. Nam licet Bar. in. l. singularia. ff. si cer. peta. velit ꝙ si dico campsori ꝙ tibi ꝓmittat. x. que tibi debeo ꝛ ille tibi promittit ego sim a te liberatus. arg. l. inter causas. §. abesse. ff. mandati: tamen Moderni videntur esse in cōtraria opin. ꝙ ego nō sim a te liberatus tum quia videtur accessorie promittere tanꝗ̄ fideiussor. arg. glo. in. §. argentariorum in auten. de fideiusso.
7 †Tum qꝛ interuentu noue ꝑsone hodie non fit nouatio nec ipso iure nec ope exceptionis per. l. fin. C. de noua. prout multipliciter illum tex. ponderat preceptor meus domi. Alexā. in. l. qui vsumfructum. ff. de verb. oblig. vbi hanc opi. firmant Ang. Pau. de cast. et magis communiter Moder. cum multis concordan. de quibus ibi per do. Alex. quas trāscribere superfluum ꝛ inutile est ideo omitto licet ergo Petrus de ricasulis propter litteras habitas ab illis de Sernisijs promiserit quantitatem domi. Cardi. quam illi debebāt non videntur a domi. cardin. liberati ꝛ ista difficultatem faciebant. ¶ Quibus tamen non obstantibus contraria sentētia probabilior est ꝛ verior ꝙ immo clemens ꝛ Hieronymus sunt liberati a domino cardinali propter litteras acceptatas per promissionem factaꝫ dño cardinali ꝛ partitas librorum dicti Petri de Ricasulis. Et in primis dico ꝙ in casu nostro Saly. de directo in verbis suis ꝛ in ratione decidendi cōcludit pro ista parte ꝙ isti de Sernisijs sint liberati. Nam totum fundamentū Barth. de saly. est: quia ille pro quo scripte sunt littere in casu suo licet ab illo mercatore ad queꝫ sunt directe sint acceptate: tñ illi⁹ fidem de solutione nō est sequutus: ideo primus nō est liberatus. Igitur vult ꝙ si illius fidem de solutione sequutus fuisset ꝙ primus esset liberatus quasi promissio secūdi cedat loco solutionis: ex quo illius fidem sequutus est arg. l. si pupilli §. ij. ff. de solutio. Sed in casu nostro ex duobus indubitanter cōstat qđ dominus cardinalis sequutus est fidem Petri de Ricasulis. ¶ Primo quia a principio conuenit quod illi de Sernisijs de pecunijs receptis scriberent litteras cambij directas Petro de Ricasulis: ꝛ sic ex mandato domini cardinalis vsqꝫ a principio cōtracte cōuentionis littere fuerūt scripte dicto Petro quoniā ex dicta conuentione causatur mandatū. vt in. d. l. naturalis. §. sed si faciaꝫ. ꝛ sic patet ꝙ dñs cardinalis credidit ꝛ fideꝫ sequutus est dicti Petri de ricasulis: ex quo voluit ꝛ mādauit ꝙ ita fieret ad hoc tex. cum gl. in verbo. sub hoc titulo. in. l. j. ff. si certuꝫ petatur. ¶ Scdo qꝛ a die data litterarum fecit dilationem ad soluendum decem mensium dicto Petro: ex quo patet qđ sequutus est eius fidem de solutione vt voluit gl. in. d. l. quod vendidisset gl. in. §. vendite. institu. de rerum diuisione. Si ergo dominus cardinalis est de solutione sequutus fidē Petri. Igitur illi de Sernisijs scribentes sunt liberati a do. Cardina. ex mente Barth. de salyce. ¶ Cōfirmatur ista opinio tenendo opinioneꝫ Bar. in. d. l. singularia. ꝙ ꝓmissio Petri facta domino cardinali cedit loco solutionis iuxta tex. in. l. inter causas. §. abesse. ff. mādati cuius opinionem sequitur Bald. in. l. pro debito. C. de bonis auctoritate iudi. possi. ꝛ multi alij doct. Et pro hoc facit quia olim fiebat nouatio ipso iure interuentu noue persone. l. iij. ff. de duobus reis. Igitur hodie fit ope exceptiōis vt voluit gl. in. l. fi. C. de nouatio. ꝛ lꝫ vtrinqꝫ sint multe opiniones: tñ in varietate opinionuꝫ a gl. nō est recedendū per ea que no. Jac. butri. in. l. j. C. qui ꝓ sua iurisditione. Et hoc maxime qꝛ vltra ꝓmissionē dictus Petrus scripsit dñm cardinalē creditorē in libris suis. Unde hoc stāte ꝛ ꝓmissione dr̄ facta nouatio ſm Pau. de ca. in. l. delegare. ff. de nouati. ꝛ eiusdē effectus sunt ꝓmittere ꝛ in libro creditorū creditorē aliquē scribere ſm Jo. and. Albertū Odofre. ꝛ Spe. in addi. spec. in ti. de deposito in rubri. ꝛ Pau. de ca. in. l. si cui fundum. ff. de pac. ꝛ Barth. de saly. in. l. singularia. ff. si cer. peta. ꝛ dicunt Ange. ꝛ Jmo. in. l. q vsum fructū. ff. de verb. obli. ꝙ in multis partibus seruatur maxime Florentie ꝙ immediate ꝙ campsor ꝓmittit primus debitor dicatur liberatus cui consuetudini est inherendum quia est optima legum interpres. l. minime. ff. de legi. ꝛ dominus cumanus dicit ꝙ ita est de consuetudine mercatorum ita dicit in. d. l. qui vsumfructum. ꝛ in. d. l. delegare. ꝛ ꝙ ita seruandum est: questio est late ꝛ trite examinata in. d. l. singularia. ꝛ in. d. l. qui vsumfructum. ꝛ possem implere multas cartas: sed non videtur opus in casu nostro tum propter id qđ in vltimo articulo dicetur tum quia videt̄ mihi ꝙ in casu nostro isti omnino sint liberati ex quo adimpleuerint quod per ipsos promissum fuit. ¶ Preterea etiam multum me mouet: nam in solutione fienda rome illi de sernisijs non se obligauerunt aliquo modo sed lo

eo ꝛ vice ipsorum se obligauit Petrus: ꝛ licet hoc nō fuerit expres sum: tñ virtualiter ꝛ in effectu. Idez fuit ac si dixisset se ꝓmittere vi ce eorū vel loco eorum: qꝛ ex quo ipsi nō ꝓmittunt soluere in illo et Petrus ꝓmittit patet ꝙ subrogatur loco ipsorum ꝑm Bal. singu lariter in. l. ij. C. de executi. rei iudi. per tex. in. d. l. delegare in verbo vice sua: quem ibi refert ꝛ sequitur Pau. de ca. qꝛ dicitur sibi elige re vnū debitorem pro alio sed ita est punctaliter in casu nostro. Naz dñs Cardinalis ex conuentiōe sibi eligit Petrum debitorem in cu ria romana ꝓ illis de Sernisijs vt patet clarissime ex instrumento conuentionis. igitur ꝛc. ista ratio est clarissima. ¶ Preterea littere cambij fuerūt directe Petro. Item fuit factus creditor a Petro: ꝛ ab eo ꝓmissionem accepit que omnia fuerunt facta volente ꝛ con sentiente dño Cardinali qui ita cōuenit. Igitur in romana curia se quutus est fidem solum Petri: ꝛ non illorū de Sernisijs. Unde ex istis verisimilibus ꝛ claris cōiecturis. Ex quibus potest induci no uatio ꝛ liberatio censetur inducta: ꝛ dñm Cardinalez voluisse in de bitorem dictum Petrum in romana curia eo maxime: qꝛ tunc erat maxime reputationis ꝛ fidei sicut in simili ꝑ Bal. in. l. fi. C. ad. l. fal ci. Quinmmo dico ꝙ si post contractam obligationem ex his que dicta sunt dici potest inductaz nouationē. fortius in casu nostro fue rit impedita obligatio post transmissionem litterarum ꝓpter cōuē tionem precedētē. arg. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris. Ex quibus ꝛ alijs statim dicendis cōcludo qꝺ dicti de Serni sijs nō sunt in aliquo obligati dño cardinali. Nec obstat qꝺ ꝑ duas cedulas dictus Petrus ꝓmisit nomine dictorum de Sernisijs: qꝛ ad hoc nō extenditur mandatum. Unde nō potuit eis preiudicare. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pac. ꝛ per totū. C. res inter alios acta. ¶ Circa quartū principalem articulū videbatur primo aspectu di cēduz ꝙ dicta cōfectio nō obstaret domino cardinali duplici respe ctu. ¶ Primo qꝛ videtur facta absente parte. Igitur nō videt̄ no cere. l. certum. §. si quis me absente. ff. de confes. Item nec liberatio videtur nocere facta absenti vt determinat glo. in. l. idem duob⁹. ff. de pac. ꝛ gl. in. l. pōponius in gl. magna. ff. de neg. gest. ꝛ Bart. late in. l. non solum. §. liberationis verbum. ff. de libe. lega. ¶ Scdo qꝛ per scripturas libri dicti Petri cōstat ꝙ prima nō fuit soluta vide tur confessio facta sub spe future numeratiōis. Unde cuz videatur ostendi numerationem nō interuenisse cōfessio nō videtur preiudi care iuxta notata in. l. si ex cautione. C. de nō numerata pecunia. ꝛ in
8 l. in cōtractibus. §. j. eo. ti. ꝛ ꝑ Bal. in. l. legem. C. de pactis. † vbi vi detur velle ꝙ qñ post cōfessionem sequuta est ꝓmissio incontinenti ꝙ cōfessio nō nocet ita in casu nostro. Cuz appareat ꝙ tempore cō fessionis Petrus fecit dñm cardinalem creditorem videtur em̄ ꝓ bari falsitas cōfessionis. arg. eius qꝺ habetur in. l. ij. C. de nō nume. pecu. ¶ Sed premissis nō obstantibus cōtrariam sentētiam verio rem esse existimo ꝙ immo dicti Clemēs ꝛ Hieronymus sint libe rati. Nā do. Cardi. clare per suum chirographū ꝯfitetur pecunias de quibus in litteris cambij fuisse solutas a dicto Petro pro dictis de Sernisijs de quibus quietat: liberat: ꝛ absoluit dictum Petrū ꝛ dictos clementem ꝛ Hieronymum: de cuius chirographi fide nō dubitatur: ꝛ statim dictus Petrus post dictas cōfessiones ꝛ libe rationes ad quātitatem predictam se obligabat. ꝛ scribebat domi num cardinalez creditorē in libris suis quo casu censetur do. cardi. solutionis loco accepisse pro dictis quātitatibus dictum Petrum de ricasulis ꝛ cōsequenter clemēs ꝛ Hieronymus sunt liberati. ista conclusio probatur per ea que voluit Jacob. de are. quem sequitur Bar. in. l. pe. §. si vir. ff. solu. ma. vbi ponit questionem qñ maritus cōfitetur se recepisse dotē ab vxore. ꝛ nō obstāte confessione incōti nenti pater vel alius ꝓmittit dotem. soluto matrimonio vxor pōt repetere dotes: quia maritus videtur cōfessus nō sub spe future nu merationis sed sub spe future promissionis statim sequute. Uñ vi detur fisi solutum arg. l. vir ab eo. ꝛ. l. dotem. ff. de iure do. Nam ꝓ missio sequuta incontinenti cedit loco solutionis argu. l. pretij causa C. de rescinden. vendi. ꝛ. l. inter causas. §. abesse. ff. mandati. Ita di cendum est in casu nostro. Nam ex quo do. Cardi. semper accepta tis litteris a Petro cōfitebatur se recepisse qꝺ in litteris contine batur ꝛ Petrus ꝓprio nomine faciebat ipsum creditorem. cōstat ꝙ fidem tantū Petri sequebatur ꝛ ꝙ recipiebat dictam promissio nem loco solutionis: ꝛ sic liberabat ꝛ absoluebat illos de Sernisijs. Unde sumus in casu valde claro. per notata per Bar. in dicta. l. pe nul. §. si vir. post Jac. de are. quoꝝ opinio. sequūtur Imo. ꝛ Pau. de ca. ꝛ ita reperio ibi tenere domi. Alex. ꝛ cōiter Modernos. ꝛ li cet Bal. in. l. legem. C. de pactis dicat ꝙ opinio Bar. ꝓcedit quan do promissio sequitur ex interuallo secus si sequitur incōtinēti. Ta men vt dicit Pau. de ca. ꝛ sequitur domi. Alex. fortius ꝓcedit opi nio Bar. quando promissio sequitur incontinenti quia tunc videt̄ habuisse respectum ad confessionem sequutam: ꝛ sic fecisse sub spe future promissionis argu. eius qꝺ habetur in. l. per retentionem. C. de vsuris. ꝛ secundū istam opinio. Bar. sepe vidi consultum ꝛ iudi catum. Unde cum sit communis ꝛ vera non est curandum de his q̄ dicit Ludo. roma. in dicto. §. si vir. cuius dicta fuerunt dicta Ang.

in quodam cōsilio ꝛ hec opinio maxime procedit qꝛ vltra confessio nem de recepto dominus cardinalis liberat ꝛ absoluit Clementez Hieronymum ꝛ dictum Petrum soluentem eoruz nomine quo ca su secūdū omnes de plano procedit opinio Bar. in. d. §. si vir. ꝛ li cet Bar. ibi hoc intelligat quādo fieret per acceptilationem que ha bet vim solutionis. tamen in casu nostro non est curandum ꝙ nō in teruenerit acceptilatio ex tribus. ¶ Primo quia Pau. de cast. in. d. §. si vir dicit idem esse in pacto liberatorio dummodo nō sit per
9 sonale vt ibi latius per eum. ¶ † Scdo quia solennitas acceptila tionis non est curanda inter mercatores inter quos valet tantū pa ctum nudum quantum valet stipulatio. l. quintus. ꝛ fideiussor. §. q̄ dam. vbi Bar. vtrobiqꝫ. ff. mādati. ¶ Tertio maxime attēta equi tate canonica. argu. c. primo. ꝛ. c. qualiter. de pact. vnde tantum va let pactum quantum stipulatio ꝑm Bald. in. l. petens. C. de pactis. ¶ Preterea ex dictis quietationibus ꝛ liberationibus ostenditur ꝙ ego supradixi. scilicet ꝙ Lisbone seu ī partibus Portugallie do minus Cardinalis in recipiendo eius pecunias ꝛ demum in scribē do Romam litteras cambij voluit in debitores dictos clementem ꝛ Hieronymum ꝛ eorum fidem sequutus est. Sed demum scriptis litteris ꝛ acceptatis per Petrum diceretur per eos eorum obliga tioni satisfactum: ꝛ loco ipsorum voluit dictum Petrum in roma na curia cuius tantum fidem sequutus est: ꝛ ideo immediate rece ptis litteris ꝛ acceptatis iuxta cōuentionē qꝛ illi de Sernisijs adi pleuerāt: id ad quod tenebātur dominus cardinalis eos liberabat ꝛ confitebatur per Petrum solutum: nec miror quia obligatio pe tri cadebat loco solutionis vnde satis soluere dicebatur. l. inter cau sas. §. abesse. ꝛ quod no. Bar. in. d. l. singularia. ꝛ dicitur cōfessio cla re facta ꝛ liberatio propter promissionem Petri prout in conuen tione promiserat: ꝛ maxime etiam hoc colligitur ex pluribus repe titis confessionibus ꝛ liberationibus ad diuersas litteras cambij di uersis temporibus factas. argu. eius quod not. Bar. in. l. cū simus. in prin. per illum tex. C. de agrico. ꝛ censi. lib. xj. ꝛ Pau. de cas. in. l. publia. ff. depositi. ꝛ Roma. i. l. nuda. ff. de dona. nec obstat ꝙ primo loco in contrarium allegabatur: quia ex quo iuxta consuetudinem mercatorum quietantia facta est vt transmittatur ad illum qui lit teras scripsit probat esse in fauorem absentis: quia per talem scri pturam videtur absentem loqui ad quem dirigitur. l. publia. ff. de positi. ꝛ per Bar. in. l. cum tabernam. §. idem quesitū. ff. de pigno. ꝛ tenent dominus Anto. ꝛ Jo. de imo. in. c. si cautio. extra de fide in strumen. ꝛ maxime de equitate canonica de qua confessio etiam pro dest absenti. argu. glo. no. in. c. quotiens cordis oculus. j. q. vij. ꝛ te nent dominus Anto. dominus cardi. ꝛ Joan. de imo. in. d. c. si cau tio. ꝛ pleriqꝫ alij ꝛ ꝓsertim qꝛ facte sunt quietatiōes ꝑm consuetudi nem mercatorū cui inherēdū. argu. l. de quibus. ff. de legi. ꝛ. c. cū di lectus. de consue. ꝛ eius quod no. Bar. in. d. l. quintus. ꝛ in. d. §. que dam. ꝛ Bald. in. l. si pro te. C. mandati. Ex quibus omnibus dictis in qualibet difficultate intrepide concludendum est: ꝙ predicti de Sernisijs non tenentur in aliquo dicto domino cardinali.

Laus deo. Bartho. soci. ꝛc.

¶ Summarium.

☞ An spurius dictus filius octuagenarij senis habeatur pro filio si probatur matrem alijs se cōmiscuisse. Item an comes palatin⁹ pos sit legitimare filium sacerdotis.

1 In materia successiōis si dubitatur an aliquis sit ex aliquo necesse est ꝙ potuerit naturaliter generari ꝑm cōiter accidentia.
2 Filius potest patri succedere qui naturaliter ex eo nasci potuit non ꝑm possibiliter accidentia: sed ꝑm cōiter accidentia.
3 Natus legitimus dicitur post decem menses ꝛ duos dies in mate ria successionis: ꝛ in contrarium militat fauor matrimonij.
4 Imperator ꝛ habens potestatem ab eo: potest legitimare filium sa cerdotis.
5 Laycus nullam habet iurisditionem in clericuz. Et clericus si vult non potest ꝯsentire in iurisditionez layci.
6 Bona clericorum sunt exempta a iurisditione laycorum. Item statuta laycorum nō possunt disponere super bonis patrimo nialibus clericorum.
7 Legitimatio pape qñ non dispensat super radice matrimonij: non extenditur ad bona temporalia layci.
8 Legitimatus ab imperatore non est vere legitimus quando obsta culum est inductum a iure canonico: sed requiritur legitimatio a se de apostolica.
9 Statutum si dicat ꝙ stantibus masculis filia femina non succedat excluditur filia legitima ꝛ naturalis.
10 Pater petendo filium legitimari requiritur expressa qualitas per sone patris.
11 Spurius non debet legitimari existentibus legitimis.
12 Indultum principis non valet super condēnatione scda nisi fiat mē tio de prima.

¶ Consilium. lxv.

¶ Dñs labia mea aperiat ꝛ spūssanctus illuminet intellectum.

Super


Uper proposita questione
legitimatiõis Thesei filij domini Andree sacerdotis ad
cuius instantiam libet paucula super dubietate filiatio-
nis explicare. Dicitur enī ꝙ natus ex Bernardina ligata ⁊ cõiun-
cta viro cohabitante cū dicto dño Andrea. qui habitus ⁊ reputatꝰ
filius ab eo: legitimari a comite petitū fuit homine tamē octuagena
rio existēte conceptionis tpe ⁊ dicta Bernardina vt dicitur se cum
alijs cõmiscente ⁊ satis videtur probata filiatio dicti Thesei ex eo
q2 pater nominauit vt filium: tractauit vt filiuȝ legitimari petijt vt
filium: qui actus non est ꝓportionabilis extraneo ⁊ forte cõcurrit fa
ma vicinie per quos actus filiatio. ꝓbatur: vt in. c. transmisse ⁊ in. c.
per tuas. qui filij sint legitimi. Itē ex eo q2 cū ea cohabitabat argu.
l. miles. §. defuncto. ff. de adulte. ⁊ licet loquatur in vxore tamē idē
1 est in cõcubina vt declarat dñs Abb. in. c. ꝑ tuas. de ꝓbatio. † Sed
tamen cū fortiter vrget ꝙ dictus dominus Andre. tempore conce-
ptiõis erat octuagenarius. ⁊ a phisicis intellexi ꝙ licet possibile sit
in his partibus ꝙ attenta qualitate complexionis vir octuagena-
rius generet. Tamen ẜm cõiter accidentia non generāt: ⁊ in hoc stā
dum est medicis tanꝗ peritis in arte. l. vij. mense. ff. de statu homi.
⁊ in. l. quod semel. C. de re mili. li. xij. ⁊ in. c. ꝓposuisti vbi late. extra
de probatio. cū simi. ¶ Sed in hac materia successionis si dubitaẗ
an aliquis sit ex aliquo necesse est ꝙ potuerit naturaliter generari
ẜm cõmuniter accidentia. ⁊ nõ sufficit ad hoc vt illi succedat ꝙ po-
tuerit ex illo cõcipi scḋm possibiliter accidētia. Ita ego post docto-
res dicebam in. l. gallus in principio. ff. de liberis ⁊ posth. ad intel-
ligentiam. l. intestato. §. fi. ff. de suis ⁊ legiti. ⁊ tex. in. §. fi. in auten. de
restitu. ⁊ ea que parit. ⁊ ibi ex quodam cõsilio insignis Phisici dñi
Gentilis de fulgineo ibi relato ꝑ doc. ꝙ tunc originaliter vidi ⁊ ex
eo eliciebā ꝙ fuit opi. Hypocratis ꝙ nõ posset partus transgredi
x. menses dicit tñ ꝙ Aristoteles ⁊ Auicenna dicunt ꝙ. xj. xij. ⁊. xiij
mense nasci potest ⁊ ꝙ ista opi. nõ ꝓcedit scḋm cõiter accidētia licet
possibile sit vnde legislator approbat opin. Hypocratis in materia
successionū vt patet. in. d. l. intestato. §. fi. Qm̄ leges vt plurimū ad
ea que frequenter accidunt adaptantur. l. nam ad ea. ff. de legi. licet
possibile sit qḋ etiaȝ in. xij. nascatur. ⁊ hoc seruatur in materia pena
li in. d. §. fi. auten. de resti. ⁊ ea que parit prout latius dixi in. d. l. gal
2 lus in prin. ¶ Ex quibus † cõcluditur ꝙ ille potest patri succedere
vt filius qui naturaliter ex eo nasci potuit: nõ scḋm possibiliter acci
dentia sed secūdū cõiter accidētia vt etiā dicūt Barto. ⁊ doc. in. d. l.
gallus. sed vt dictum est. Octuagenarius in his partibus nõ gene-
rat naturaliter sed scḋȝ cõiter accidētia. Igitur ⁊c. Et maxime hoc
verum est quando illa pluribus se cõmiscebat. ¶ Ex quibꝰ potuit
secūdū cõmuniter accidentia nasci naturaliter nec militat ratio qḋ
presumatur natus ex coitu matrimoniali vel ꝯcubinario: de quo in
d. l. miles. §. defuncto. ⁊ per do. Abb. in. d. c. per tuas. de probatio.
¶ Confirmatur ista opinio ex his que no. Barto. in. d. l. gallus. in
princi. Nā qñ post mortem primi viri mulier nubit tali tempore ꝙ
partꝰ postea natus potest cuilibet naturaliter attribui in tali re du
bia attendi debet qḋ frequentius accidit. Sicut ibi quando potuit
nasci legitimus ex altero ex duobus attendi debet qḋ frequentiꝰ ac
cidit ita hic in eo qui natus est illegitimus: sed si alijs se cõmiscebat
ex quibus potuerit magis naturaliter esse cõceptus ꝗ ex sene. Igi
3 tur illud attendi debet. † Quinimo iura volunt ꝙ post decē mēses
⁊ dies duos non dicatur natus legitimus in materia successionis: ⁊
in contrarium militat fauor matrimonij q2 ẜm cõmuniter acciden-
tia nasci non potest naturaliter. Igiẗ fortius in casu nostro. Et hoc
placuit dixisse super filiatione q2 sunt iudicio meo ad propositum si
recte ⁊ naturaliter iudicare voluerimus. ¶ Sed posito ꝙ filius ꝓ-
baretur: dubitatur. An eius legitimatio valuerit. ⁊ videbatur con-
cludendū ꝙ sic. Nā quāuis fuerit filius sacerdotis: ⁊ legitimatꝰ fue
rit a Comite palatino creato ab imperatore videtur ꝙ dicta legiti
4 matio valuerit. Nā † videtur ꝙ imperator: ⁊ sic habens auctoritatē
ab eo potuerit legitimare filiū sacerdotis vt firmat gl. in. §. fi. in au
ten. quibus modis naturales efficiuntur sui. ⁊ concludunt Ioā. an.
Calde. ⁊ domi. Cardina. ⁊ Moder. in. c. per venerabilem extra qui
filij sint legitimi. ⁊ Ioā. calderi. cõsilio tertio eo. ti. ⁊ Bal. in. l. q cõ-
tra. C. de nup. ⁊ in suo consi. incip. Imperator. Et Petrus eius fra
ter in suo ꝯsilio incipiente. Uiso imperiali priuilegio. Et Pau. de
ca. in. l. si quis posthumos. ff. de libe. ⁊ posthu. ⁊ in suo consi. ccxiij.
incipiente. Uidendum est. Et videtur esse communis conclusio a q̄
in iudicando recedendum non videtur. ¶ Sed primis obstātibus
contrariam sententiam veriorem esse existimo ꝙ immo dictus fili-
us tanꝗ legitimatus nõ potest patri succedere ista conclusio ꝓbaẗ.
¶ Primo ratione deficientis potestatis. ¶ Secundo ratione de-
ficientis volūtatis. ¶ Tertio rõne deficientis solēnitatis. ¶ Pri-
mum principale fundamentū probatur. Nam insignis doctor dñs
Dominicus de sancto geminiano in. c. si annū. §. j. de iudi. in. vj. te-
net ꝙ Comes palatinus imperatoris non potest legitimare filium
sacerdotis. Nam sicut emancipatio filij fieri debet coram iudice ip-
sius patris. vt voluerūt domini de rota quos ibi refert Dñicus ita
⁊ legitimatio q2 de emancipatione ad legitimationē valet argumen
tum. l. iubemus. C. de emancipatione liberorum. Igitur ⁊c. Sed q2
opinio non est tuta. licet de subtilitate iuris plura dici possent. Ta-
men illud videtur vere ⁊ probabiliter dici posse ꝙ licet a tali Comi
te filius sacerdotis legitimari possit: illa tamen legitimatio nõ vide
tur filiuȝ habilitare vt possit succedere dicto sacerdoti ⁊ in bonis sa
cerdotis. Actus enim legitimādi ꝓcedit a comite: ⁊ exerceẗ in lay-
5 cum. ista cõclusio probatur. † Nam laycus nullam habet iurisditio
nem in clericum. xcvj. distin. cum ad verum. ⁊ in. c. qḋ clericis. ⁊ ibi
plene nota. de foro compe. adeo ꝙ etiam clericus si vult non potest
consentire in iurisditionem layci. vt in. c. significasti. cū ibi no. eo. ti.
Igitur laycus non potest habilitare aliquē vt clerico succedat. Nā
vt inquit Bal. in. l. cūctos populos. C. de summa trini. ⁊ fide catho.
in. vij. q. princi. ver. Sed posset dubitari de tali questione ꝯsuetudo
est in Anglia. vbi vult ꝙ consuetudo anglicana in successione ab in
testato quādo loquitur impersonaliter nõ habet locū in forense ibi
decedente. Idem voluit Ioan. calde. in consi. xvij. in titu. de constit.
⁊ dominus Abb. in. c. postulasti. ad fi. de foro cõpe. ⁊ Pe. de anch.
in cõsi. clxviij. incip. Uisis pūcto statuto ⁊ copia. ⁊ Pau. de ca. ꝯsi.
ccxxij. incipit. Circa primum quesitum. Igitur est idem in clerico.
6 ¶ Confirmatur. † Nam bona clericorum sunt exempta a iurisditio
ne laycorum ⁊ vt concludit dominus Abb. in. c. ecclesia sancte Ma
rie de constitu. in antepenul. colū. vbi dicit ꝙ statuta laycorum non
possunt disponere super bonis patrimonialibus clericorum. Ideȝ
tenet dñs Cardinalis post Pau. in cle. j. de censi. ⁊ ꝓbatur ex his
que ponit Oldra. consi. lxxxij. incipit. An episcopus ⁊ dñs Anto.
in. c. j. de consuetu. Si ergo bona clericorum sunt extra iurisditionē
laycorū. Igitur laycus non potuit inhabilem habilitare ad succe-
dendum in dictis bonis. hoc decidit Bar. in terminis in dicta. l. cū
ctos populos. in. vij. q. vbi vult ꝙ quando statutum habilitat ali-
quem ad succedendum non habet locum quo ad bona que nõ sunt
sue iurisditionis: ⁊ pro hoc inter alia adducit tex. ⁊ ibi doct. in. c. per
7 venerabilem. † vbi legitimatio Pape quando nõ dispensat sup̱ ra
dice matrimonij: non extenditur ad bona temporalia layci ⁊ ita cõ-
cludunt ibi Io. an. ⁊ cõiter doc. ita in casu nostro legitimatio layci
non extenditur ad bona que non sunt sue iurisditionis. ⁊ no. Bart.
in. l. qua in prouincia. ff. de ritu nup. ⁊ facit qḋ no. Bal. in prima cõ
stitutione. C. ⁊ consuluit Pet. de ancha. in consi. cccxcvij. incip. Ui
so ⁊ diligenter inspecto cum similibus. Concluditur ergo ꝙ siue in
spiciamus personam patris sacerdotis siue eius bona nõ potuit fi-
lius inhabilis habilitari ad bona per laycum: etiā de consensu sa-
cerdotis qui non potuit se ⁊ sua subijcere iurisditioni iudicis secula
ris: vt in. d. c. significasti. cum ibi no. de foro compe. cū simi. ¶ Con
firmatur ista conclusio. Nam iste sacerdos habebat filium legitima
tum auctoritate Pontificis ⁊ Cesaris qui vel dicitur vere legiti-
mus: vel talis legitimus qui omnia iura legitimorum vendicauit si
bi locum in isto legitimato. ¶ Primum tenet Bar. in. l. si is qui ꝓ
emptore. in. ij. q. prin. ver. Item queritur circa predicta. ff. de vsuc.
tenet Bal. in. l. j. ⁊. ij. C. de natura. libe. quādo talis illegitimatio tol
li potest prout est in casu nostro quia primꝰ filius natus est ex sacer
dote ⁊ soluta que potest per papam tolli ex quo potest dispēsare ꝙ
constituti in sacris contrahant matrimonium vt patet in. c. cū oliȝ.
de cleri. coniuga. ⁊ probatur in terminis in tali legitima in. d. c. ꝑ ve
nerabilem in gl. in verbo adulterij. Unde dicit Bened. de plumbi.
8 in disputatione que incipit. Statuto pisano. † ꝙ qñ obstaculum est
inductum a iure canonico legitimatus ab imperatore nõ est vere le-
gitimus sed requiritur legitimatio a sede aplica: ⁊ ꝯsuluit dñs Ale
xan. in cõsi. lxxxvij. in. ij. vol. Unde cū hic primus fuerit legitimatꝰ
a papa ⁊ imperatore d2 vere legitimus. ¶ Secūdū probatur iuri-
bus ⁊ auctoritatibus. ꝓbatur in auten. quib. mod. natu. effici. sui. §.
⁊ quoniam varie ibi. Et nihil dissimiles a legitimis. ⁊ in. §. reliqui
ibi. illas successiones quas habēt qui ab initio sunt legitimi. ⁊ in. §.
illud ibi. Nihil a legitimis differentes: ⁊ ibi restituere nature ⁊ anti
que ingenuitati. Et in pluribus locis illius tituli: ⁊ in titulo quibus
mo. natu. effi. legiti. prout ad plenū prosequitur dñs Alex. p̄ceptor
meus in consi. lxxxvij. in. ij. vol. vbi etiā dicit ꝙ põderāda est dictio
nihil que est vniuersalis negatiua. l. si is qui ducenta. §. vtrum. ver
si. proinde. ff. de reb. dub. ⁊ sic denotat ꝙ nulla penitus sit inter legi-
timos ⁊ legitimatos nulla effectualis differentia. Unde late consu-
luit ibi ꝙ qñ substitutio est facta si decesserit sine filijs legitimis et
naturalibus ꝙ tales legitimati excludunt substitutuȝ licet conditio
debeat vere impleri in forma specifica. l. meuius. ⁊. l. qui heredi. ff.
de condi. ⁊ demon. vt decidit Ioan. an. in addi. spec. in tit. de succes.
ab intesta. §. fi. cum concor. allega. per domi. Alexan. in consi. vbi di
cit ꝙ ista est communis opi. Et in. l. generaliter. §. cum autem. C. de
insti. ⁊ substit. sub conditione fac. quam ego tenui ⁊ defensaui. ⁊ in. l.
9 gallus. §. ꝙ si is. ff. de lib. ⁊ posthu. ¶ † Uidemus etiam ꝙ si statu-
tum dicat ꝙ stantibus masculis filia femina non succedat ꝙ exclu-
ditur filia legitima ⁊ naturalis propter existentiam filij legitimati

ſm Bal.in.l.eam quam.C.de fideicom. Idem voluit Bal.in.l. cuꝫ
accutiſſimi.C.eo.ti. Et Pau.de ca.in.l.ſed ſi hac.in.§.patronuꝫ.ff.
de in ius vocan. ¶ Ex quibus patet ꝙ iura loquentia de legitimis
ſeu de liberis extendunt ſe interpꝛetatione paſſiua ad filium legiti-
matum.caſus eſt in.l.j.§.lex falcidia.⁊ ibi plene no.ff.ad.l.falci. Et
vbi duo ſunt equiparata quoꝛum alterum etiam eſt verum alterum
fictum diſpoſitum in caſu vero extenditur ad fictum.vt in.c. ad au-
dientiam.⁊.c.cum dilectus.⁊ vtrobiqꝫ do. Abb.⁊ Jo. de imo.extra
de cleri.nõ reſiden. ¶ Ex quibus infero in pꝛopoſito ꝙ ſi pater ha
buiſſet alios filios legitimos Comes non potuiſſet hunc filium le-
gitimare. Igitur non potuit ex quo habebat filium legitimum vel
legitimatuꝫ qꝛ idem iuris in eo eſſe debet quod eſſet in filio legitimo
⁊ naturali vt ex ſuperioꝛibus clare patet etiam in materia ſtricte in
terpꝛetanda: ꝙ aũt exiſtente legitimo non potuiſſet patet qꝛ ex hoc
nõ conceditur Comiti ab imperatoꝛe ꝙ legitimare poſſit ſtãtibus
liberis ſucceſſibilibus quibus pꝛeiudicatur. Sed quando hoc non
ſpecificatur ſed; ſimpliciter conceditur talis poteſtas legitimandi:
pꝛout eſt in caſu noſtro non cenſetur conceſſa quando pater habet
alios filios: ſed tantũ quãdo alios filios non habet vt voluit Bal.
in.l.ij.C.de ſeruitu.⁊ aqua ⁊ Bal.in.l.ſed ⁊ ſi quis.§.queſitum.ff. ſi
quis cautio.⁊ ita cõſuluit domi. Pau.de ca.in ſuo cõſi.ccxxj. incip.
Super eo qȯ queritur pꝛimo loco. Ita etiam fuit de mente domi.
Pau.de ca.in.l.gallus.§.⁊ quid ſi tantum.ff.de libe.⁊ poſthu. ⁊ ſe
quitur Cardinalis alexandrinus in.c.per venerabilem.§.quod au
tem.col.xxxiij.qui filij ſint legitimi.⁊ pꝛobatur optima ratione ad-
ducta per Pau.de caſt.in dicto conſi. qꝛ lex in dubio non pꝛeſumit
ꝙ pꝛinceps fuiſſet ꝙ non eſſet facturus vt ꝓbatur in autentico qui-
bus modis naturales efficiantur ſui.§.illud.⁊ in autentico quibus
modis naturales efficiantur legitimi.§. ſi quis igitur. Unde qȯ in
dubio non eſſet facturus voluerit alteri concedere per generalẽ con
ceſſionem arg.l.obligatione generali.ff.de pigno. de quo ibi latius
per eũ vbi notabiliter loquitur.⁊ hanc opinionem etiam tenet bal.
in.c.dño guerram.in penul.col.hic finitur lex coꝛadi.⁊ Bal.in.l.cũ
filius.ff.de teſtamento militis. Et Bal.in autenti.pꝛeterea per illũ
tex.C.de naturalibus liberis ⁊ dominus Anto.in.c. per venerabi-
lem in.xxj.col.verſi. Idem puto.⁊ conſuluit domi. Alexã. conſi.lx.
in ſcḋo vol. ¶ Scḋm pꝛincipale fundamentũ eſt ꝙ rõne deficiẽtis
voluntatis dicta legitimatio non fecerit euꝫ ſucceſſibilem paterqꝫ.
Pꝛemittendo pꝛimo ꝙ ſicut reſcripta ad beneficia per ſurreptio-
nem ipſo facto vitiantur vt in.c.poſtulaſti. de reſcriptis. ita etiam
pꝛiuilegia legitimatoꝛum vt in.l.j.ff.de nata.reſti. ⁊ pꝛobatur ex no
tatis per Joan.an.in additionibus ſpeculi.in titulo de ſucceſſio.ab
inteſtato.§.j.ver. Item ſcias.⁊ dominus Anto.in.c.per venerabi-
lem extra qui filij ſint legitimi.⁊ Bal.in.l.eam ꝙ.C. de fideicõ. quo
niam autem pꝛiuilegium legitimationis eſt ſurreptitium: facit pꝛin
cipis voluntatem ceſſare. pꝛeſupponit enim legiſlatoꝛ ꝙ niſi talis
fuiſſet ſurreptio pꝛinceps ſeu comes non conceſſiſſet vel non ita de
facili.vt in.c.ſuper litteris.⁊ ibi omnes extra de reſcrip. ⁊ in.c.cõſti
tutus.⁊ in.c.ad audientiam.⁊ vtrobiqꝫ doc.eo.ti.per Calder.eo.tit.
conſi.xiiij. ¶ Ex quibus infero in pꝛopoſito ꝙ pꝛiuilegium legiti-
mationis de quo agimus eſt ſurreptitium: igitur eſt inualidũ ⁊ nul
10 lum ꝙ autem ſit ſurreptitium pꝛobatur. ¶ † Pꝛimo quia pater
petẽdo filium legitimari non narrauit ſe eſſe ſacerdotem conſtitutũ
in ſacris.quod ſi fuiſſet narratum vel foꝛte comes non legitimaſſet
vel non ita de facili ex quo nõ fuit expꝛeſſa talis qualitas pſone pa-
tris. Igitur legitimatio eſt nulla. Nec obſtat ꝙ appellauerit ſe do-
minum Andre.qꝛ per hoc non dicit ſe eſſe ſacerdoteꝫ in ſacris. Itẽ
licet dicat in fine ſe iurare ſupꝛa pectus ſuum moꝛe iuramenti ſacer-
dotum non tamen dicit ſe ſacerdotem qꝛ ſtat ꝙ quis iuret moꝛe ſa-
cerdotum non tamen ſit ſacerdos. Igitur non pꝛobatur ꝙ narraue
rit ſe ſacerdotem quia non pꝛobat hoc eſſe.l.nõ hoc.C. vnde cogna.
c.in pꝛeſentia.de pꝛoba. Unde vel non eſſe narratum vel eſſe narra
tum implicate doloſe ⁊ animo decipiendi paria ſunt. argu.l.j. in fi.
⁊.l.quero.ff.de actio.empti.⁊ pꝛobatur in.d.l.j.ff.de nata.reſti.⁊ qȯ
ibi no.per Benedi.de plumbi.ex nota.in.c.innotuit.de elec.cum ſi-
mi. Item qꝛ licet narrauerit ſe ſacerdotem: ⁊ illum filium tantũ nõ
dicitur narraſſe illum in ſacerdotio natũ.c.inter ceteras de reſcrip.
¶ Secundo pꝛobatur ſurreptio: qꝛ habebat filium: ⁊ de eo mentio
nem non fecit. Igitur talis legitimatio tanꝙ ſurreptitia non valet
vt pꝛobat tex.in autent.quib.mo.natu.effi.ſui.§.ſi quis ergo non. ⁊
in.§.illud.⁊ in.§.ſit igitur per quem tex.ita decidit Jaco. de belui.
eo.ti.§.⁊ quoniam.⁊ dominus Anton.in.d.c. per venerabilem in.
xxvj.col.verſi. Nunquid autem retrotrahitur.⁊ Pau. de caſt.in.l.
gallus.§.⁊ quid ſi tantum.ff.de libe.⁊ poſthu.⁊ conſuluit per pꝛedi
cta domi. Alexan.in ſuo conſi.lx.in.ij.volu. Et conſuluit do. Pau.
de caſt.in.d.conſi.ccxxj.⁊ licet filius non eſſet legitime natus: tamẽ
erat legitimus vere vel legitimatus ita ꝙ in eo vendicabant ſibi lo-
cum iura de legitimis diſponentia: vt in ſuperioꝛibus pꝛobatũ eſt.
11 Dicunt enim iura pꝛeallegata † ꝙ exiſtentibus legitimis nõ debet
ſpurius legitimari. Sed nulli dubium eſt ꝙ etiam in materia ſtri-
cta appellatione filioꝛum veniunt legitimati vt pꝛobatum eſt. Iteꝫ
conditio legitimoꝛum ⁊ legitimatoꝛũ eſt equiparata. Igitur diſpo-
ſitum in vno cenſetur diſpoſitum in alio.l.ij.C.commu. de leg.l.j. et
ibi Bar.⁊ alij.ff.de leg.j.⁊ hanc opinionem ꝙ non pꝛeiudicet filijs
de quibus non eſt habita mentio tenuit Jo.an.in addi.ſpec.in ti.de
ſucceſ.ab inteſta.§.j.verſi.item ſcias.⁊ domi. Anto.in ſuo conſilio.
ij.⁊ Ang.in auten.qui.mo.natu.effici.ſui.§.ſi quis ergo. Quinim-
mo foꝛtius ſubꝛeptio pꝛocedit in filio legitimato vt ſtatim dicetur.
¶ Tertio iſta concluſio pꝛobatur foꝛtius in caſu noſtro quãdo ha
bebat filios legitime natos ⁊ legitimatos quoniã ſi narraſſet ſe ha-
buiſſe alios filios ſpurios ⁊ legitimatos fuiſſe: comes vel non legi-
timaſſet vel non ita de facili. Igitur legitimatio eſt nulla.d.c. poſtu
laſti.cum ſimi. ¶ Quod autem non ita de facili oſtenditur duplici-
ter. ¶ Pꝛimo quia intellexiſſet ⁊ cognouiſſet cõſuetudinem delin-
quendi dicti ſacerdotis que ſolet delictum aggrauare. Nam pꝛo pꝛi
mo veniam merebatur.pꝛo ſecundo non merebatur pꝛiuilegium ⁊
gratiam vt dicit tex.no.in.l.iij.C.de epiſco.audi. Ubi habetur ꝙ q
geminat delictum non eſt dignus venia. Unde per illum tex. dicũt
12 Guiliel.⁊ Bal.† quod non valet indultum pꝛincipis ſuper condẽ-
natione ſecunda niſi fiat mentio de pꝛima quia videtur obꝛeptitiuꝫ
quia pꝛinceps non conceſſiſſet ita dicamus in caſu noſtro: quia ſi co
mes ſciuiſſet quod alium filium ex damnato coitu habuiſſet vel non
conceſſiſſet vel non ita de facili. Igitur legitimatio nulla. ¶ Secũ-
do quia ex quo ſemel gratiam legitimationis de pꝛimo obtinuit pe
tendo legitimationem ſecundi.ſcḋa petitio diceretur ſubꝛeptitia qꝛ
Comes foꝛte non cõceſſiſſet. Sed dixiſſet ſufficit tibi gratia pꝛima:
vel non ita de facili. Igitur legitimatio nulla: hoc pꝛobatur ex di-
ctis Inno.in.c.veniens.extra de pꝛeſcrip.per que dicta Joan.an.
in addi.ſpecu.in titu.de cleri.non reſiden.in rub.dicit ꝙ ſi titio fuit
gratioſe conceſſum vt pꝛo quinquennio reciperet fructus ſue eccle-
ſie in abſentia.⁊ demum pendente pꝛima gratia vel finita impetra-
uit ſecundam non facta mentione de pꝛima: ſecunda eſt ſubꝛeptitia.
Et pꝛobatur ex his que ponit Dominicus poſt Jo.an.in.c.ij. de fi
lijs pꝛeſbyte.in ſexto ex dictis Jo.an.in addi.ſpe. in ti. de teſtamen
tis.⁊ plene traditur in.c.veniens.de pꝛeſcriptio. ¶ Tertiuꝫ funda
mentum ꝙ ſit nulla ratione deficientis ſolennitatis pꝛobatur pſup
ponendo ꝙ non dicatur legitimatus quo ad oꝛdines.⁊ ſic hoc reſpe
ctu remanet illegitimus vt in.c.per venerabilem extra qui filij ſint
legitimi.⁊ firmat Saly.in ſua diſputatione que incipit. Mediola-
nenſis.in ſecundo dubio. Item quando eſt illegitimus impedimen
to cauſato a iure canonico vel diuino.⁊ tunc legitimatus a pꝛincipe
ſeculari ſeu Comite non eſt vere legitimus vt per plura concludit
elegans dominus Bene.de plumb.in diſputa. que incipit. Statu-
to piſano. Et no. Bal.in.l.j.C.de naturalibus liberis.⁊ cõſuluit do
mi. Alexan.conſi.lxxxvij.in.ij.volu. Cum ergo eſſet natus ex ſacer-
dote ⁊ ligata non poterat pꝛinceps ſecularis diſpenſare iuxta not.
in.d.c.per venerabilem.⁊ ſic non dicitur vere legitimus nec legiti-
matio. Sed potius habilitatio ⁊ diſpenſatio circa ea que concedun
tur in pꝛiuilegio: ⁊ ita ſonant verba legitimationis ſi verba recte cõ
ſiderentur. ¶ Ex quibus infero in pꝛopoſito ꝙ in tali diſpoſitione
ſeu habilitatione ad honoꝛes ⁊ ſucceſſiones apparet ꝙ non fuit ſo-
lennitas requiſita ſeruata: ⁊ ſic eſt nulla.l.cum hi.§.ſi pꝛetoꝛ.ff. de
tranſactio.⁊ in.l.j.⁊.ij.cum ibi plene notatis.ff.de liberis ⁊ poſthu.
¶ Quod autem ſolennitas non fuerit ſeruata pꝛobari videtur ex
duobus. ¶ Pꝛimo quia quantũcunqꝫ dicamus ꝙ quãdo pater fa
cit eo viuente filios legitimare non ſit neceſſe ꝙ alij filij de quoꝛum
pꝛeiudicio agebatur citentur ſecundum Bar.⁊ communiter docto-
res in.l.gallus.§.⁊ quid ſi tãtum.ff.de liberis ⁊ poſthumis. illa di
cta pꝛocedunt in vera legitimatione non autem in ea que non eſt ꝓ-
pꝛie legitimatio: ſed potius diſpenſatio que non valet non citatis ſi
lijs de quoꝛum pꝛeiudicio agitur etiam viuente patre vt dixi.ita vo
luit Pet.de ancha.in conſilio mihi.cccxxxviij.incipiente. Ex teno-
re pꝛiuilegij apoſtolici. Et Petrus de ancha.conſilio.ccccxxj.inci-
piente. Circa pꝛimum queſituꝫ fuiſſet ſatis expediens. Et ita alias
conſultum fuit per dominum Joan.de ana.⁊ plures alios que om-
nia refert ⁊ ſequitur inſignis pꝛeceptoꝛ meus dominus Joan. ba-
ptiſta de ſancto ſeuerino in.l.ſed ſi hac in.§.patronũ.ff. de in ius vo
cando.⁊ pꝛedicta retuli etiam in.l.gallus.§. ⁊ quid ſi tantum.ff. de
liberis ⁊ poſthu.cum ſimilibus. ¶ Secundo confirmatur quia iſte
filius dicitur natus ex ſacerdote.⁊ ligata: ⁊ ſic videtur ꝙ potius ſit
nefarius iuxta not.per Bar.in.l.ij.ff.de accuſa. Item aliquãdo ap-
pellatur inceſtuoſus vt per glo.⁊ Bal.in.l.ij.C. de epiſcop. ⁊ cleri.
Sed in iſtis legitimatio cenſetur fieri contra ius conciliare de quo
in.c.cum inhibitio extra de clandeſtina deſpon. Sed quando diſpẽ
ſatur contra ius conciliare ſpeciale eſt vt de tali cõcilio fieri debeat
mentio ſingularis vt firmant Joan.mona.⁊ Archidiaco. in.c.j. de
conſtitu.in.vj. Et no. Joan.an.in.c.j. de exceſſibus pꝛelato.eodem
lib. Et Bal.in.l.humanum.C.de legibus. ¶ Ex quibus omnibus
concludendum puto dictum ſecundum filiuꝫ nomine Theſeum pa
ctoritates cotra testm sunt auctoritates que preualet pondere nume
ro et mesura. et si in aliquo casu ista opinio est sequenda:per maxime
in casu nostro in quo testm non parua falsitatis suspitione laborat.
Uel ad minus vt laborat suspitionibus qd instrumento testamenti
no est fides adhibeda:et minus testibus:et p fundamento huius coclu
sionis premitto verba text.in.l.si ex falsis.C.de transactio. du dicit
falso reuelato:quod verbum vt ibi dicit Bald. de raro inuenitur in
alijs maleficijs:qr in falso est quodammodo diuina reuelatio. vt in
2 aute.de testi.post principiu.†Item psuppono qd licet aliqd instrm
non probetur falsum:tn pot esse adeo suspectu propter cotrarias p/
sumptiones quod no facit legitima probatione casus est: et ibi nota.
in.c.inter dilectos extra de fide instru. Quibus premissis in primis
illud in mediu afferendu est.Na testator vt in primis prothocollis
asserebatur instituit filiam:seu reliquit filie iure istitutionis ducatos
4000.et hoc si decederet sine filijs que coditio adiecta institutioni in
dubitanter annullat dictum testamentu.Tu ex plenissime adductis
in alio consi.et ex additis supra in prin. Tum etiam alia viua et natu/
rali consideratione.Nam aut propter dictam cosiderationem satis
ineptam et inconuenientem iudicare debemus testatore no fuisse sa/
ne mentis qd magis est presumendu.et tuc testm no valebat.l.furio/
sum.C.qui testamen.face.pos.et in.§.ite furiosi insti.quibus no est p
missum facere testm:quod ita iudicandu sit ostendit.Na si sanus me
te fuisset qua rone voluisset filiam suam oibus pferre pari rone oem
eius posteritatem preferre voluisset.l.cu accutissimi vbi gl.C.d fidei
3 com.†Ite si sane metis fuisset voluisset bona sua ad suos posteros p
uenire prout esse solet coe votu parentu q sunt sane mentis ad quod
naturalis ratio mouet et inclinat.l.scripto.ff.vnde lib.et in.l.cu ro.ff.
de bo.damna.¶Preterea dicit tex.no.in.l.liberoru in fi.ff.de vbo.
signi.Etenim idcirco filios filiasue cupimus atqz edimus vt ex pro
le eorum earu ve diuturnitatis nobis memoria in euu relinquamus
propter que necessitamur ad dicendum qp pfatus dns Christopho/
rus vir prudentissimus et insignis iurisconsultus tale coditione appo
suisset p quam ostenderet qp nolebat hereditatem in posteros trasfire
cont.d.l.cum accutissimi.et ibi no.et in.l.cu auus.ff.de codi.et demo.l.ge
neraliter.§.cum aut.C.de insti.et substi.sub codi.factis p que iura ta
lis coditio et a iure no apposita subintelligit ex coiectura pietatis vt
bona in descendentes remanerent:in casu aut nro expresse operatur
contrarium effectu.Ite talis coditio est impeditiua liberorum pcrea
tionis et conseruationis memorie testatoris naturale votum vt dicit
tex.in.d.l.liberorum in fi.quod p certo no est aliquo modo censendu
in homine sane mentis ad hoc ho.text.in.l.si ita qs in fine.dum dicit
quod vtiqz nemo sanus probabit p quem dicit Bal. in.l.j.in.iij.col.
C.de seruis fugi.qp verificari debent sermones secundum commune
opi.habentium intellectu:et ideo illud qd est a loge verisimili est que
dam falsitatis imago:et pro certo credere qp homo prudes:antiquus
practicus et eruditus iurisconsultus fecerit tale absurda institutione
in bono sensu et intellectu ridiculosum et absurdissimu videt et his hn
seruit tex.in.l.quida in suo.ff.de codi.insti.vbi testator instituit here/
dem sub conditione si eius reliquias in mari proijceret in qua iurisco
sultus dicit.¶ Sed hoc prius inspiciendum est ne homo qui talem
conditione posuit neqz copos mentis esset. Igit si pspicuis ronibus
hec suspitio remoueri pot per quem tex.dicut glo.et doc.ibi qp lz qs
qp presumatur sane metis.vt in.l.nec codicillos.C.de codicil.Tame
ibi per appositionem illius coditionis qp ossa in mari pijcerant pre/
sumitur qs fatuus si no probet euius pspicuis indicijs et ro e qr ta/
lis conditio contra humanitate est iuri naturali cotraria:et ideo reij/
citur ibi:quis aut dubitat qp in casu nostro apponere conditione in
institutioe filior si sine filijs decesserint est iuri naturali cotraria Tu
qr naturalis est liberoru procreatio et educatio et sic coseruatio. l.j.in
4 fi.ff.de iusti.et iure.†Tum qr naturale est qp filij pcreent et educentur
vt ex his liberi descendant per quos conseruetur memoria testato/
ris.Nam vt dicunt naturales homo qui non pot in indiuiduo coser/
uari cupit dicto modo in specie conseruari:et hoc est quod voluit.d.l.
liberorum in fi. Item sicut subaudire conditionem si sine liberis vt
bona in liberos conseruentur est humanum et pium. vt in.d.l. cum
auus.et in.d.l.generaliter.§.cum autem.Ita appositio talis coditio
nis per quam liberi hereditate parentum priuent df impiu et inhu/
manu quid.qr cotrarioru eade est regula.l.et si cotra.ff.de vulga.et pu
5 pil.l.inter stipulantem.§.sacra.ff.de ver.ob.et ibi Bar.¶†Ex qb9
infero in pposito qp cu dicta coditio sit cont ius naturale et naturale vo
tu parentum:et contra humanitatem p appositione dicte coditionis
psumit qp do.Christopho.fuerit mete alienat9:et lz tabellio attestet
qp erat sane metis:et et testes hoc attestent:tn non videt dicta iuris
psumptione eneruare.Testes enim examinati no citato dicto Joa/
ne de cuius preiudicio agebat ad videndu iurare testes nihil pbant
contra Joanne no citatu adeo qp nec faciunt indiciu sm Bart. in.l.
maritus.post principium.ff.de qstionib9.et est casus in.c.ij.in verbo
nullius momenti quem ibi ad hoc poderat dns Abb. extra de testi.
et sequitur ibi insignis preceptor meus dns Franci.areti.nec assertio
notarij qp esset sane mentis pbat per illa verba talis sane mentis.lz
corpore languens sm Cy.et Bal.in.l.ij.ff. de testa. quonia no esse sa
nu vel furiosum no percipit immediate p sensum auditus vel visus
nec videtur qp de his notarius possit esse rogatus et ide voluit Ang.
in.d.l.quida in suo.et Barto.de saly.in.l.furiosum.C.qui testa.face.
pos.et lz Jo.de imo.videbat impugnare Cy.et Bal. Tame isignis
pceptor meus dns Franci.areti.impugnat dicta Jo.de imo.p mul/
tas rones vt ibi videri pot per quas apparet qp Jo.de imo.opi.non
pot pcedere. Quinimo dicit Jo.de imo.qp assertio notarij nihil re/
leuat qn ex tenore verbor platoru in testo resultat cotraria psumptio po
sita in.d.l.qda in suo.ff.de codi.insti. Et ide voluit bart.de saly.in.d.
l.furiosum.et dns Areti.in.d.l.ij.ff.de testa. et p his faciunt not.per
Bal.et moder.in.d.l.furiosum qn ponut.q.de testameto illius q ha
bebat dilucida iterualla.et volut qp iudicet ex tenore testamenti vt di
cit Bar.in tractatu de teste in.c.icipiete opposita prudentie. Quid
em si matre vel aliu coiunctu offendit.certe iste actus ostedit qp tunc
erat in furore. Sz si actu fecit que qlibet diliges fecisset censebat sa
ne metis fuisse.Sz i casu nro apparet qp diliges hoc no fecisset.Ite
qr offendit filia p appositione illius coditionis.Ite fratre fatuu.et ne
potes ex fratribus de quibus nullam fecit mentionem. Igitur pre/
sumi debet ex dictis Barto.qp no erat in sana mente.Cuius dicta re
fert et sequitur dns Alex.preceptor meus in.d.l.furiosum.et cofirma
tur hoc etiam ex dictis Ang.Pau.de cast.et Roma.ibi.¶Prete/
rea ponderadu est sm Bal.ibi an tempus testameti fuerit vicinum
tepori furoris sequentis.vnde dicebat Bart.de saly.i.d.l.furiosum
qp maxime in infirmo presumeda est insanitas metis. Ad hoc hon9
tex.in.l.hac cosultissima.C.q testa.face.pos.du dicit. at cu humana
fragilitas mortis cogitatioe turbata.quato magis i casu nro in dno
Christophoro atteto tenore testameti hoc e iudicadu ex pdictis qp no
fuerit sane metis q post testm p tres horas vel circa mortu9 e eo tpe
quo iam sarcinulas colligebat.et ibi erat fratres q hodiernis tepori
bus sunt magis honor auidi qp lay ci:ibi erat filij:et alij qui cotinuo
eu molestabant per experientia verisimile est:q est reru magistra.vt
c.qj sit de elec.in.vj.propter quam importunitate pfatus dns Chri/
stophorus fecit:si quid fecit et ad hoc bene conferunt.q dicit Paul.
de ca.in suo consi.ccclxvj.incip. Uiso puncto : et allegationibus vbi
ponderat qp verba prolata a testatore existente prolata fuerunt testa
tore in articulo mortis constituto:pz qr p modicu interuallum post
mortuus e:quo casu df qp testator mortis propinque cogitatioe tur
batus presumitur non fuisse compos mentis.d.l.hac cosultissima.§.
at cum humana fragilitas:et mortuo similis cesetur.l.iubemus post
principium.C.de testa.et ibi per Pet.et Cy.qui dicunt qp tunc e vera
glo.de qua ibi qn testator no erat nimis grauatus infirmitate qd q/
dem psumit qn testator e ita propinquus morti: et licet hoc no suffi/
ceret ex quo df qp proprio ore testatus e articulate loquedo: tn atte/
ta qualitate et conditione apposita hoc plurimu cofert per tex.ibi no.
in.l.quidam in suo.iunctis his que supra dicta sunt:qr fratrem furio/
su:et nepotes in aliquo non nominauit:et non est testatus prout pru
dens paterfamilias testatus fuisset prout erat pfatus domin9 Chri/
sto.vt dictum est.Et eo maxime qn si dictum testm factu fuit cesen/
dum est qp fuerit extortum ab hoie.non existente in suo intellectu qui
iam sarcinulas colligebat a septem fratribus sibi existetibus filia et
6 genero cum eorum vtilitate totu testm factu fuerit. † Nam vt inquit
no.Bar.in extrauaga.ad reprime.in versi.no obstantibus qp solent
aliqado testatores facere testameta cu clausulis derogatorijs iuxta
l.si quis in'princi.testamenti.ff.de lega.iij.ne instigationibus et dece/
ptionibus aliquorum ad aliud faciendu inducant put cotingere so
let qn sunt in grauissima infirmitate cositituti prope morte:et hoc pz
in casu nostro quia ante pluries interrogatus dixit qp nolebat facere
testm:et hoc ponderat Pet.de ancha.in suo cosi.ccclxvj.incip. Uiso
puncto allegationibus.vbi inter alia cosiderat qp testator ibi sepius
stimulatus recusauerit testari.Unde no presumitur qp testari volue
rit:cuius voluntas mutata no presumit.l.ij.et l.cu q.ff.de probatio.

Uoluit

Voluit enim prudens testator ꝙ iuxta voluntatem paternā cui con
uenire nolebat: licet possit per viam fideicōmissi bona in agnatione
⁊ familia remanerēt: ⁊ fama ⁊ dignitas familie cōseruaret̃ prout so
let esse cōmune votū prudētū viroꝝ. l. j. ad fi. ff. de ventre inspi. cum
alijs plene allegatis per Bal. in. l. maximū vicium. C. de lib. preteri.
¶ Confirmantur p̄missa ex alio. Nam ego inuenio ⁊ reperio in atte
stationibus ꝙ frater Andreas de hibernia dicit ꝙ testator protulit
ista verba videte an sim sane mentis vel intellectus: ⁊ nolite vacilla
re q̄m sciens ⁊ prudens omnia feci: ⁊ denuo facerez. ¶ Ex quibus
cōstat ꝙ testator dubitabat ipsemet: an esset in bono sensu qd̄ colli
gitur ex qualitate dispositionis vt dictū est: ex superioribus eñ col
ligitur alienatio mentis: ⁊ ad hoc bene seruit tex. in. l. is qui. §. Dy
nus. ff. de tuto. ⁊ cura. datis ab his. Dum dicit nō est nouū quosdā:
et si mentis sue videbant̃ ex sermonibus cōpotes esse tñ in effectu nō
esse sani intellectus. Ita cōtingit in dño Christophoro q̄ iam mēte
alienatus dicebat se esse prudentē que verba cōmuniter proferri vt
plurimū solent ab his qui a mēte alienati sunt: vt experientia docet
que est rerū magistra. vt in. c. quā sit. de elec. in. vj. Nō enim solēt ho
mines sciētes ⁊ prudētes talia verba proferre. ⁊ maxime in cōueniē
tia dño Christophoro prudentissimo ⁊ erudito iuriscōsulto qui be
ne sciuisset ꝙ testm̄ factū ab eo cēsebat̃ factū ab homine sane mētis.
Unde cōstat ꝙ vacillabat: ⁊ sarcinulas colligebat q̄ tempus pere
grinatiōis p̄pe erat qd̄ clare colligit̃ ex qualitate testamēti ⁊ dispo
sitionis vt dictū est. Nō etiā in paruā suspitionē me inducit ꝙ nunc
aduersarij fecerūt nouū originale fabricari: in quo dicit̃ ꝙ testes ad
interrogationē notarij dixerunt ꝙ erat sane mētis ꝙ est cōtra oēm
cōsuetudinem ⁊ stilum notarioꝝ. Unde magnā arguit falsitatis su
spitionē vt dicit Bal. in cōstitutione Cōradi de emendatione Iu
stiniani codicis. Uñ pōt dici p̄ut dicit tex. in. l. qd̄ meo. §. si a furio
so. ꝙ sane mentis forte estimabat̃ eo ꝙ forte in cōspectu inumbrate
quietis fuerat cōstitutus. Unde illustrissimus ⁊ iustissimꝰ princeps
immitari dꝫ iudiciū alias datū in statuto romanoꝝ. Ubi testamē
tum cuiusdā qui nō sane mētis existimabat̃ fuit approbatū q̄ ex te
nore cōstabat ꝙ a prudētissimo factū esset vt dicit Ioā. an. in. c. fi. de
succes. ab intesta. referēdo auctoritatez Ualerij maximi. Ita in testō
de quo agimus: lꝫ facto ab homine q̄ sane mētis reputabat̃ ex teno
re testamēti cōditi a cōstituto in paruissima infirmitate prope mor
tem qd̄ indicari dꝫ nō factū a prudēte sed ab alienato a mēte repro
bare ⁊ annullare q̄m cōtrarioꝝ eadē est regula. l. ⁊ si cōtra. ff. de vul.
et pup. l. si vt p̄ponis. C. de nup. Rectū enim sui iudex est ⁊ obliqui
vt dicit Philosophus primo thopicoꝝ. ⁊ istud sufficeret ad victo
riā. Aut volumus scd̄o loco dicere ꝙ testator erat sane mētis ꝙ p̄
certo nō est credēdū vt ex superioribus pꝫ ⁊ tūc etiam dico ꝙ testm̄:
cuius primo data est copia qd̄ attēdi dꝫ vt statim declarabit̃. ⁊ hoc
ex rōnibus adductis in alio consilio meo. ⁊ cōfirmatis supra in prin
cipio cōsilij. ⁊ etiā alia rōne incōuincibili nā cōditio illa adiecta ĩ in
stitutione filie ꝙ si decesserit cū filijs nō sit heres. sꝫ si decesserit sine
filijs. Est primo cōtra votū parētum. l. scripto. ff. vñ liberi. ¶ Se
cundo cōtra ius naturale q̄ retrahit a p̄creatione ⁊ educatiōe libe
roꝝ. l. fi. in fi. ff. de iusti. ⁊ iure. ¶ Tertio ledūt memoriā honorem et
7 estimationē descēdētium. d. l. liberoꝝ in fine. ¶ † Quarto est contra
pietatē q̄ impiū est nolle filios succedere. l. cū auus. ff. de cōdi. ⁊ de
mon. ¶ Quinto ledit verecūdiā filie retrahēdo eam a p̄creatione ⁊
educatione. ¶ Sexto hoc est cōtra bonos mores ad idē. l. conditio
nes. la prima. ff. de cōdi. insti. ⁊ cēsetur reprobata q̄ retrahit a pro
creatione liberoꝝ sicut cōditio si nō nupserit: vt in. l. hoc mō. ff. de cō
di. ⁊ demon. ⁊ in simili dicimus ꝙ cōditio: si sine filijs habet̃ p̄ non
adiecta: ⁊ pro nō scripta si grauatus ĩgredit̃ religionē ne habeat eū
trahere timor amissiōis honoꝝ ab ingressu religionis ⁊ vita cōtem
platiua: vt in aut. de sanctis. epis. §. sed hec p̄senti. ⁊ in aut. nisi roga
ti. C. ad trebel. ⁊ in. c. in p̄sentia. de p̄ba. prout in dictis iuribus plene
tradit̃: ita in casu nostro dicit̃ reprobata ex quo timore amissiōis bo
noꝝ retraheret̃ filia instituta a p̄creatione liberoꝝ ⁊ eoꝝ educatiōe:
sed clarū est ꝙ q̄ñ huiusmodi cōditio que ledit pietatē estimationē ⁊
verecūdiā nostrā ⁊ generaliter q̄ñ est cōtra bonos mores vel impro
bata a lege apponit̃ in filij institutiōe institutio est nulla. casus ē cla
rus in. l. filius. ff. de cōdi. insti. que lex lꝫ loquat̃ in cōditione potesta
tiua: tñ Bal. in. l. si pater. quē sequit̃ do. Alexā. in. l. fi. C. de institu. ⁊
substi. sub cōdi. fac. in. ij. col. limitat glo. ibi que loquit̃ in casuali vel
mixta per. d. l. filius. vbi hoc idē voluit Pau. de ca. quā legit simul
cum. l. cōditiōes. nec mirū. nā conditio turpis de iure. ffoꝝ. reijcit̃ de
qualibet institutione. l. j. ⁊. l. cōditiōes. ⁊ tñ nō reijcit̃ de institutione
8 filij que in hoc nō reperit̃ correcta. ¶ † Preterea cōditio potestati
ua reijcit̃ de institutiōe filij vsq̄ ad legitimā: vt in. d. l. q̄m in priori
bus. C. de inoffi. testa. ⁊ tñ nō reijcit̃ q̄ñ est turpis vt est casus in. d. l.
filius. Igit̃ idem in casuali: vel mixta q̄ñ est turpis vel reprobata.
Ista pōt dici potestatiua: q̄ posset filia nō immiscere se cū viro cō
tra substantialia matrimonij: vnde dicit̃ nō posse facere. Igit̃ repro
bata ⁊ viciat institutionem: vt ibi est casus in. d. l. filius. dicit p̄terea
Iaco. de are. in. d. l. filius quem sequit̃ Bal. in. d. l. filius. dum dicit
ac si conditio nō esset in eius potestate. i. ac si cōditio alia esset appo
sita. que nō esset in eius potestate idez esset cōcludendum. quia pro
pter vnūquodq̄ tale: ⁊ illud magis. aut. multomagis. C. de sacro
san. eccle. ¶ Ex quibus cōcludēdum est. ꝙ talis institutio si deces
serit sine filijs que significat ꝙ si decesserit cum filijs nolo ꝙ sis he
res tanq̄ turpis ⁊ reprobata non reijcitur sed viciat testamētum ⁊
hic bene cadit illa consideratio ꝙ cum magnificus dominus Chri
stophorus fuerit homo prudens practicus ⁊ eruditus iurisconsul
tus presumit̃ ꝙ iuris dispositionem non ignorauerit. l. ij. §. seruitus
autem sulpicius. ff. de origine iuris. ⁊ in. l. j. ⁊ ibi no. C. si ⁊ aduersus
quos. ⁊ est tex. cum glo. in. l. neq̄ professio. C. de muneribus patri. li
bro. x. ⁊ per cōsequens vult ꝙ a mēte fuerit alienatus ita instituen
do filiam vt est dictum. quod magis credēduz est vel si erat sane mē
tis ⁊ intelligebat que agebat voluit actum inutilem facere vt se libe
raret a vexatione circūastantium. sciens se nihil agere. ⁊ ad hoc bo
nus tex. no. in p̄posito in. l. an inutilis. ff. de acceptilla. dum dicit fin
gamus eum qui accepto ferebat sciētem prudētemq̄ nullius eē mo
menti. ad idem in. l. cuz de indebito. §. j. ff. de proba. vbi tex. notāter
dicit homo diligens est ⁊ studiosus paterfamilias cuius personam
incredibile est in aliquo facile errasse. Unde cēsendum est ꝙ potius
actum nugatorium ⁊ nullum facere voluerit: vt dicunt in simili Ra
pha. cuma. Pau. de ca. ⁊ do. Alexā. in. l. j. §. si quis ita. ff. de verbo.
obli. faciunt no. per Saly. ⁊ Fulgo. in. l. nō codicillum. C. de test. Et
maxime q̄ cum esset iuris peritissimus in eo non presumitur ignorā
tia iuris sed potius cum esset pluries vexatus ⁊ denegasset se testm̄
facere velle ⁊ volēs iuxta fideicōmissum paternum ꝙ bona in fami
lia remanerēt voluerit actum nullum ⁊ negatorium facere. ad idem
tex. in. l. nō solum. ff. de actio. ⁊ obli. dum dicitur quoꝝ proculdubio
in huiusmodi actu talis cogitatio est vt nihil agi estimetur apposita
ea cōditione quaz sciuit esse impossibilē. Si ergo dñs Christopho
rus erat sane mentis qui erat eruditissimus iurisconsultus intellige
bat ꝙ talis cōditio reprobata a iure reddebat institutionē nullam.
igitur censendum est ꝙ actum inutilem ⁊ inualiduz facere voluerit
et fideicōmissum paternum habere effectum vt bona in familia p̄pe
tuarent̃. ⁊ sic cōseruaret̃ fama familie testatoris. l. j. §. publice. ff. de
ventre inspi. ⁊ plura in p̄posito allegat Ioā. and. post Iac. de are.
in addi. spec. in rub. de successionibus ab intesta. ⁊ ista prima cōside
ratio sola sufficeret ad victoriam. q̄ cōcludit. ni fallor. ¶ Preterea
etiam alio fundamēto pōt se Ioānes defendere ꝙ dicto instrumen
to testamēti nō est fides adhibēda. Nā de p̄thocollo his corā publi
cis personis fuit copia adhibita de mandato officialis. ⁊ tñ constat
ꝙ in dicto ĩstrumēto prothocolli testamēti nō erat indictio. ⁊ sic de
ficiebat vna ex necessarijs solēnitatibus instrumēti sine qua instru
mētum est nullum: ⁊ non probat nisi aliter se habeat cōsuetudo. ḃm
Bar. in. l. si librarius. ff. de reg. iur. ⁊ Io. an. in data. vj. lib. ⁊ oēs ca
noniste in. c. inter dilectos. de fide instru. ⁊ Bal. in. l. Imperator. ff.
9 de statu homi. ¶ † Nec ob. si diceret̃ ꝙ apponere inductionem spe
ctat ad officium notarij sed in spectātibus ad suum officium tabel
lio potest in eo quod omisit sine iudicis auctoritate corrigere q̄ cre
ditur officiali in officio sibi commisso. l. apparitores. C. de execu. tri
bu. lib. x. ḃm Bar. in. d. l. si librarius. ⁊ Bar. ⁊ doc. in. l. Imperator.
ff. de statu homi. Cum ergo tertio loco producat̃ prothocollum cuz
indictione videt̃ ꝙ tabellio potuerit illam apponere ⁊ corrigere er
rorem suum ne scribentis error partibus noceat. l. errore cuz ibi no.
C. de testa. Quoniam ad hoc respondetur ex his que ponit Bar. in
l. Imperator. ad fi. ff. de statu homi. vbi ponit questionem nunquid
tabellio qui fecit instrumētum sine die ⁊ cōsule possit reficere ⁊ appo
nere. ⁊ allegat Specu. in ti. de instrumē. edic. §. postremo. versi. sed
nunquid. vbi Specu. primo distinguit ḃm vnam opinionem ꝙ aut
incontinenti vel modico interuallo corrigit. ⁊ potest. aut magno in
teruallo ⁊ non potest. allegat quod habet̃ in. l. j. post prin. ff. de ver.
obliga. ⁊ in. c. preterea. de testi. cuz simi. refert alios postea dicere ꝙ
nullo modo etiam incōtinenti postq̄ facta est copia parti. cum fun
ctus officio suo nec ⁊ iam tabellioni credit̃ vt in aut. de heredi. ⁊ fal
ci. §. si vero. dicit tamen Specu. ꝙ multi sapientes ab eo cōsulti cō
cordauerunt ⁊ bene quod si tabellio potest ostendere se per errorez
et nō ex certa sciētia h̄ omisisse. tamē pōt ita facere ⁊ predicta omissa
apponere. ⁊ h̄ sequit̃ Bar. ⁊ cōsuluit ꝙ illud de licētia iudicis faciat.
Cum ergo in casu nostro his habita fuerit copia sine indictione ex
interuallo non probato quod per errorem omiserit an ex certa sciē
tia ⁊ sine licentia iudicis fecerit aliud ideo non potuit quod suspitio
nem falsi non euadit. ⁊ predicta videntur procedere indubitan
10 ter in instrumento testamenti. † Nam licet alias si notarius omittit
de solennitatibus instrumenti presumatur potius error q̄ dolus ⁊
falsitas vt est casus ⁊ ibi communiter docto. hoc tenent in. l. iuqe
mus. C. de testamentis. nec curo an dicatur falsitas presumpta an
vera. de quo per Ryc[illegible] malumbra Bald. ⁊ alios in. d. l. iu
bemus. vbi latissime domi. Alexand. satis est quod presumitur fal
sum commisisse scd̄m omnes. Igitur non potuit propria auctorita
te indictionem apponere quia sibi tanq̄ presumpto falsario et qui

deliquit in officio non creditur.l.si quis ex argētarijs.§.j.ff.de edē. et per Joā.and.in data.vj.lib.⁊ Bal.in.l.imperator.in.iij.col.ff.de statu hominū. ¶ Ex quibus concluditur ꝙ non potuit propria auctoritate aliud conficere instrumētum cū indictione.⁊ per cōsequēs primum non solēne non valet ⁊ non ꝓbat contēta in instrumēto testamenti. Preterea ex alio iuuatur Joannes. Nam clarū est ꝙ instrumentū testamenti de quo agimus continebat institutionem filie cum illa conditione de qua supra dictum est.dicebat enim ⁊ hoc si decesserit sine filijs.⁊ infra dicebat quo casu voluit ⁊ rogauit ⁊ tabelliones cassauerunt ⁊ obraserunt ⁊ posuerūt hoc casu ⁊ qđ vt vbi dicebat quo casu cassauerunt ⁊ posuerunt hoc casu que cassationes fieri non potuerūt ⁊ nihil releuant immo arguunt inspitionē falsi ⁊ testamenti ⁊ eoꝝ que gesta sunt vt predicte cassationes fierent. Naꝫ ꝙ non potuerit fieri dicta cassatio per notariū patet qꝛ fiebat cassatio ⁊ mutatio circa substantialia ⁊ que spectabant ad partes a quibus pendebat pondus diei ⁊ estus qꝛ facta fuit nō incōtinēti sed ex interuallo.⁊ postꝙ data fuit copia parti vt voluit Bar.in.d.l.Imperator.in fi.⁊ in.d.l.si librarius.ff.de reg.iur.sicut dicimus in teste in.c.preterea.extra de testi.ꝑterea vt dicit Bal.in.d.l. Imperator aut qđ prius scripsit est verū ⁊ tunc mutari non dꝫ aut non. ⁊ sic notarius deliquit in officio ⁊ sibi non creditur.d.l.si quis ex argenta
11 rijs.§.j.ff.de edē.⁊ maxime† qꝛ dicit se errasse circa solēnitatē testamenti que consistit in institutione filiorum.l.inter cetera.ff.de libe.⁊ posthu.quo casu ꝑsumit̃ falsitas ⁊ nō error.vt est casus clarus in.d.l.iubemus.vbi omnes ⁊ per Joā.de imo.in.l.quotiēs.§.j.ff.de here.institu.⁊ per Bald.in rub.C.de fide instru.in.x.col.⁊per Bal.in l.cū ꝓponebat̃.ff.de leg.ij.cū cōcordātijs allegatis per dñm Alex.in.d.l.iubemus. Unde aduertēdum est.nā vt inquit Bal.in.d.l.imperator.qñ data est copia parti dꝫ error allegatus corrigi docto de errore.alias notarius non debet ex interuallo nec pōt errorē corrigere ſm Bar.in.d.l.si librarius.⁊ in.d.l.imperator. Ubi Bal.concludēdo dicit ꝙ error nō pōt corrigi nisi de mandato iudicis cōpetentis ⁊ oblato libello super correctione erroris probato ꝙ errore et parte de cuius agitur ꝑiudicio citata allegat Jac.de belui.in auc.de qualitate dot.§.j.⁊ Guil.in spec.tit.de instru.edic.§.instrumētū ver.sed nunqđ.⁊ Guil.de cu.⁊ Cy.in.d.l.imperator. Quare videndū est nunqđ in correctione de qua agimus fuerint predicta oia necessaria seruata. Et qꝛ imprimis agēdū est de personis dico ꝙ non fuit oblatus libellus nec facte fuerunt ꝓbationes corā iudice cōpetēti prout requirebat̃. Nā filia que dicit̃ heres instituta erat persona layca. Itē institutio ⁊ testm̄ tendūt ad extinguēdū fideicommissum quo Joannes pretendit se vocatū ex testō patris. Joānes aūt etiaꝫ est laycus.⁊ tabelliones de quoꝝ errore tractat̃. Unde cū principaliter ageret̃ ⁊ questio sua erat talis in qua agebat̃ de preiudicio laycorum ⁊ inter laycos erat vertenda.⁊ sic corā iudice layco agitāda: vt in.c.cū ad verū.xcvj.dist.nisi in casibus: vt in.c.lꝫ ex suscepto.de foro cōpe.cū ibi plene no. Cū ergo cā principalis ꝑtineret ad iudicem laycum. Igit̃ eodē modo ista cā erroris.instituta vt ꝓbat̃ ex his que ponit Bal.in.l.testamētis.C.de testamē.vbi notanter dicit qđ si iudex secularis est iudex cause ita est iudex diuꝫ.que dicte cause adesse debent. Unde est iudex super insinuatione testamēti ⁊ tenet Pe.de ancha.referendo Bal.in repeti.regule ea que fiūt in.xvij.q.de reg.iur.in.vj. Nam iudex cause principalis est iudex incidentiuꝫ.l.quotiens.C.de iudi.⁊ in cle.dispēdiosam.eo.ti. Unde est iudex examinationis testiū ad perpetuā rei memoriā.q est iudex cause principalis ſm Federicū consi.cclxxx.⁊ plura in ꝓposito allegat do.Abb. Modernus in.c.si quis cōtra clericū.in primo no.extra de foro cōpetē.⁊ Pe.de anch.in repetitio.regule ea que fiunt qđ.xvij. ¶ Ex quo infert̃ ꝙ oēs probationes ⁊ examinationes testiū postea facte coram vicario fuerunt ⁊ sunt nulle ⁊ faciunt probationē.vt in.l.fi.⁊ per totum.C.si a non cōpe.iudice.⁊ in.c.at si clerici.in prin.extra de iudi.⁊ ibi no.⁊ in.l.si pater.C.ne de statu defunctoꝝ.tradit̃ in.l.magistratibus.per Guil.Bar.⁊ doc.ff.de iurisdi.om.iudi. Ex alio etiā dicta correctio non tenuit qꝛ dñs Uicarius episcopi processit ad dictū ꝓceptum multum animose leuato vello ⁊ sine cause cognitione. ꝓcessit enim ad examinationē testium motus ex assertione solius procuratoris dicētis ꝙ erat differētia inter tabelliones super tali institutione de qua differentia nihil dictum fuit.immo si veritatem inuestigasset inuenisset ꝙ ambo tabelliones scripserunt cū tali conditione conditionali testatore dictante vt dicit̃. Item postea publicauerunt corā testatore ⁊ testibus eo modo. Iteꝫ post mortē testatoris in eius aula multis astantibus ⁊ inter alios fratre Mattheo vno ex testibꝰ de ordine auscultatis simul ambo prothocollis cōcordibus in presentia dñi potestatis ⁊ alioꝝ.dederunt copiā Joāni pretendēti maximum interesse si testm̄ non fuit valide cōfectum vt in alio consilio deductum fuit. Unde cū processerint sine cause cognitione ꝓcessus est nullus.l.si vero.§.subuentū.ff.de fideicō.liberta.⁊ maxime hoc ostenditur rōne cōcludenti. Nam ſm formā ꝓthocolloꝝ testm̄ erat nullum vt ꝓbatū est.⁊ sic acquisitū erat ius Joanni in bonis repertis in hereditatē do.Christophoro.que fuerant patris coꝝ virtute fideicommissi facti si do.Christophoro.decederet sine liberis ⁊ sine testamento:⁊ sic tabelliones corrigendo nō potuerunt ꝑiudicare post ius quesitum.l.patrē.§.fundū.ff.quemad.serui.amit.l.fi.C.de pac. et in specie in casu nostro per Bal.post Guil.⁊ Cy.in.d.l.Imperator.vt dixi. Nec etiā iudex percipere poterat ꝙ corrigerent non citato Joanne de cuius preiudicio ⁊ auferendo ius quesitū agebatur contra regulā.l.de vnoquoqꝫ.ff.de re iudi.⁊ no. Bal.vt dixi in.d.l. Imperator.⁊ Bal.in.l.cum ꝓponeret̃.ff.de lega.ij.⁊ qđ no. Bart. in.l.si.ff.de tabu.exhibē.⁊ in.l.chirographis.in prin.ff.de admi.tu. Unde talis correctio non pōt Joanni preiudicare. Nec probatiōes facte eo non citato probant contra eum.l.si maritus per Bar.ff.de questio.⁊ in.c.ij.vbi canoniste.extra de testi.cuꝫ simi. Preterea etiā testes examinati non fuerunt tales:nec taliter probant ꝙ talis erroris correctio fieri debuisset ex pluribus. ¶ Primo qꝛ ex quo veniebant contra instrumēta duoꝝ tabellionū debebant esse testes idonei omni exceptione maiores.⁊ ita deducēdū erat ſm Ange.in.l.ij.§.si quis neget.ff.quemadmo.testa.aperiā.⁊ in.l.cum ab initio.eo.titu.⁊ do.Alexā.in consi.xcij.in.iij.volu.⁊ in consil.lxxxij.in primo volu. ¶ Scđo qꝛ omnes preter vnum sunt religiosi ecclesie cui instrumē
12 to sit magnū legatum.† Unde rōne affectionis ⁊ interesse nō videnť esse omni exceptione maiores.ex quo validitas legati pendet a validitate testamēti iuxta notata per Joannē andree dñm Abbatem ⁊ domi.Anto.in.c.insuper de testibus.⁊ Joan.and.in addi.spe.in tit. de teste.§.j.ver.Item ꝙ est talis do.Alexan.in consi.clxxvij.in.ij. volu.⁊ licet stante nullitate testamenti deberent habere legatū. Tn̄ in casu nostro impeditur in totum vel pro parte.qꝛ sunt restitutiōi subiecta stante nullitate testamenti in totum vel pro parte immo in totum si testm̄ censeretur nullū ex defectu sensus. Uñ non sunt idonei ad reprobandū instrumentum.per ea que no. Archi.in summa. xij.q.ij.⁊ do.Anto.⁊ do.Abb.in.d.c.insuper qui volunt ꝙ non sunt integri.⁊ in specie consuluit do.Alexā.in consi.xl.in.iij.volu. ad h l.optimā.⁊ ibi Bal.C.de contrahē.⁊ cōmit.stipu.⁊ qđ no.Bald.in rub.ff.de rerū diui.circa medium versicu. Nunc de quinto membro. ¶ Tertio qꝛ aliqui ex dictis fratribus sunt litterarū ignari prout dicitur esse duos conuersos. Unde non video quomodo sint habiles ad deponenduꝫ contra instrumenta confecta a duobus eruditis tabellionibus quinimmo nō vr̄ ꝙ alij sint habiles cōtra duos tabelliones peritos iuxta.l.generali.C.de tabu.lib.x.⁊ maxime qꝛ testes non ita aduertunt ad verba testatoris sicut tabelliones qui cōtinuo scribunt verba prolata a testatore prout dicitur:ꝙ fecerunt prefati
13 tabelliones.† Unde presumunt̃ bene ⁊ legaliter scripsisse verba testatoris iuxta no.per Bal.⁊ Pau.de cast.in.l.errore.C.de testa.⁊ p Bal.in.l.si quis filiabus.in si.ff.de testa.tu.⁊ Bald.in.l.j.in fi.C.de priuile.dotis. Roma.consi.clxvij. ¶ Postremo etiam testes nō sufficienter probarunt errorem. Et omitto testes iudicialiter examinatos.qꝛ illi nihil releuant:vt in.c.cum cām per glo.⁊ doc.extra de te
14 stibus.† Quinqꝫ autē ex dictis testibus fuerunt corā vicario epi repetiti seu examinati qui deposuerunt se referēdo in omnibus ⁊ per omnia ad ea que prius dixerant quorum depositio dicto modo facta non probat in casu nostro. Nam licet Bart.in.l.eos.ff. de falsis. Uelit si testes simul examinati in vno iudicio si iterum examinant̃ in alio.potest dicere ⁊ deponere hoc modo dico in omnibus ⁊ per omnia prout in alio iudicio testificatus sum si iudex illū admittit qꝛ potest iudex non admittere ⁊ velle quod extense testificetur sequitur Bald.in.l.gesta.ff.de re iudi.⁊ dominus Antonius in.c.cum in tua.extra de testi. Pet.de ancha.in clementi.testibus.de testibus. Bartholo.de saly.nota.in.l.iurisiuran.C.de testi. Angel.⁊ ibi late dominus Alexan.in.l.legata inutiliter.ff.de legatis primo. Tamē Bald.in.l.iurisiurandi.⁊ in.l.fina.C.de testi.dicit quod testis debet clare ⁊ explicate respondere.l.iij.§.ideꝫ diuus.ff.de testi.⁊ licet ista opinio non videatur communis. Tamen in casu nostro videtur indubitanter procedere ex quo testes priuatim ad instantiā partis deposuerunt.in quorum examinatione non presumitur adhibita diligentia quam bonus iudex adhibuisset iuxta.d.l.iij.§.item diuus ꝑ cuius examinatione presumeretur cum sit presumptio pro diligentia publica officialis.l.j.C.de offi.ciui.iudi. Et ideo insignis preceptor meus dominus Franciscus areti.pro concordia distinguit qđ aut examinatio fuit facta diligenter in iudicio plenario:⁊ tunc licet minus rite:⁊ solenniter.quia presumitur diligens examinatio valebit testimonium redditum dicto modo.⁊ ita loquitur Barto. in dicta.l.eos.⁊ pleriqꝫ sequentes eum.quia secundus iudex potest esse contentus diligentia primi iudicis. ¶ Aut prima examinatio non fuit diligenter facta in iudicio plenario sed in summario: ⁊ tūc quia non presumitur adhibita tanta diligentia in examine nec admittuntur tot exceptiones in personas testium sicut in plenario: vt in capitulo veniens.de testibus.⁊tunc procedit opinio Baldi que optime probatur ex dictis Bartholomei de Salyceto in.l.finali.C.de testibus per illum text.vbi vult quod si testis primo deposuit coram arbitro non potest postea coram iudice deponere per ista verba prout alias coram arbitro testificatus fuit quia coram arbitro

arbitro minus pro testimonio ꝓsumitur. q2 timet posse puniri sicut
coram iudice qui potest eum punire: vt in. l. nullum. C. de testi. Iteȝ
pro diligentia arbitri minus ꝓsumiť. Igitur fortius hoc dicendum
est in casu nostro. Cum examinatio fuerit facta ad instantiaȝ partis
in loco priuato. ⁊ presumptio est ꝙ examen minus diligēter factuȝ
fuerit ad veritatem habendā sed bene diligenter vt examen in fauo-
reȝ eius quadraret. Unde fortius dicta opi. ꝓcedit in casu nostro. quā
etiā tenuit prefatus Insignis preceptor meus Aretinus in. d. l. le-
gata inutiliter. ff. de leg. j. vbi in specie decidit casuȝ nostrū. qn̄ testis
fuit primo nulliter examinatus extra iudicium ꝙ non potest postea
coram iudice. vȝ deponere dicto modo. ⁊ dicit hoc non esse iure du-
bium. q2 defecit industria iudicis interrogātis. De nouo ergo debe
bit extense dictū suū deponere. l. iij. §. idē diuus ibi eos interrogare
soleo. ⁊ remittit se ad dicta per eū in. d. c. cū in tua. ⁊ est verissima opi
nio maxime in casu nostro in quo maliciose prima examinatio facta
fuit: ⁊ testes potius se ingesserunt examinationi. que tendebat in eo-
rum cōmodū ꝓpter que suspecti ꝓsumunť. arg. glos. singu. in. l. post
legatū. §. his vero. ff. de his quib. vt indig. ⁊ ea que habenť in. l. si qn̄
C. de testi. ⁊ in. c. j. extra eo. titu. ¶ Addo etiā ꝙ dicti quinqȝ testes
nihil dicunt sufficiēter ꝓbare. Nā frater Martialis de Placentia.
et frater Nicolaus de mutina nihil ꝓbant. Nam frater Martialis
postq̄ dicit ꝙ iure institutionis reliquit ducatos. 4000. subdit qd̄
hec eadē fuit conclusio ⁊ intētio ac volūtas ipsius dn̄i Christopho.
sic per certa verba clara expressa. Unde ipse non deponit quib9 ver
bis vsus fuerit testator: sed dicit ꝙ verba fuerunt clara ⁊ certa. ⁊ ꝙ
dn̄a Julia hȝ iure insti. ⁊c. hoc aūt est iudicare: ⁊ nō testificari. ⁊ sic
eodē modo deponit frater Nicolaus de mutina cuius attestatio la-
borat eodem morbo: q2 dicitur iudicare ⁊ non testificari. ⁊ sic nō pro
bat. l. testiū: cū ibi no. C. de testi. vbi Bal. ⁊ alij ⁊ per Bal. in. l. solā.
C. de testi. ⁊ in. l. qui testō. §. fi. ⁊ ibi doc. ff. de testa. Eodē etiā morbo
laborat attestatio fratris Gregorij. q dicit ⁊ sic voluit: ⁊ sic fuit sua
vltima ⁊ indubitata voluntas ꝙ dicta dn̄a Julia sine aliqua condi-
tione vl' exceptiōe ducatos. 4000. ducatos haberet. ⁊ sic dicit ꝙ fuit
voluntas indubitata: ⁊ vltima. Unde dicit iudicare: ⁊ nō testificari
et sic non probat. Ultimus autem etiā non ꝓbat. videlȝ do. Anto.
presbyter mutinensis. Nā ipe deponit de legato iure institutionis:
et nihil dicit de cōditione. neqȝ illā negat interuenisse. Unde dictuȝ
suum stat: cū in instrumēto: ⁊ sic non probat cōtra instrumētum per
tex. vbi est casus: ⁊ ibi do. Ant. ⁊ Jmol. post Inno. in. c. cū ioannes
heremita. de fide instru. Primus aūt non sufficit ⁊ deponit de mul
tis. de qbus alij nihil deponūt. Unde ipse est varius a multis: ⁊ alij
15 inter se multū variāt. si qs recte inspexerit. † Igiť nō est fides adhi-
benda. l. qui falsa vel varia. ff. de testi. ⁊ in materia suspecta etiā va-
riatio in circūstantijs inficit fidē testiū. vt voluit no. Bald. in. c. cum
cām. de testi. Et sic ex ꝑmissis omnibus indubitāter cōcludēduȝ est
ꝙ nō poterat ex talibus ꝓbationib9 immutari tenor originalis scri
pture: ⁊ si aliter notarius scripserat veniret ō falso puniēdus. vt est
casus clarus in. d. l. iubem9. C. de test. ⁊ ibi doc. cōcludo ergo ꝙ huic
nouo prothocollo ita correcto ex mādato incōpetentis nō probato
ꝙ cōmisit per errorem. ⁊ per testes examinatos nō citata parte: et
non rite examinatos. ⁊ non probātes sufficiēter nulla est fides adhi
benda in preiudiciū dicti Joānis ⁊ vr̄ mihi ex premissis ꝙ ista sit in
dubitata cōclusio. Faciunt ad ꝓbationeȝ istius conclusionis multa
alia no. ⁊ eleganter aducta in consilio reddito in fauoreȝ Joannis p
insignē iuriscon. ⁊ fratrē do. Joā. de sadoletis. ¶ Postremo dico
etiam ꝙ ex scđo nō possunt aduersarij obtinere. vt ex pluribus incō
uincibiliter est demonstratū. pro quo etiā non omitto: q2 ex quo te-
stes deponebāt testatorem aliter disposuisse debebat probari quod
erāt idem testes qui erant descripti. ⁊ lȝ eisdem nominibus vocenť
non tn̄ sequitur ꝙ essent illi idē: q2 poterāt esse alij. ⁊ idē nominibus
vocari. Unde nō inferť ꝙ essent illi idē. lȝ pars assereret. ita dicit se
dixisse in ardua qōne cuiusdā testamēti do. Cardi. in. c. cū Joannes
heremita per illū tex. extra de fide instru. ⁊ sequit do. Abb. item ex
quo aliter deponūt. q̄ in instrumēto testamēti cōtinereť presumitur
pluralitas factor. potius q̄ falsitas tabellionū. vt in. d. c. cū ioānes
vbi est casus ⁊ ibi doc. Sed factū de quo deponunt non probant q2
non rite deposuerunt neqȝ sufficienter probant vt dictū est: neqȝ fa-
ctum de quo confectū est instrumētum: q2 de eo non deponunt neces
sario ex quo presumitur pluralitas ad euitationē falsi ꝭm doc. in. d.
c. cū ioānes. per illum tex. Nec possunt obtinere ex prima scriptura
per ea que plene dicta sunt in alio consilio ⁊ etiā ex alio q2 multa vr-
gentia verisimilia sunt ⁊ violente cōiecture cōtra dictum testamētū
et omnia scripta ⁊ probata que in ꝯtrarium adducunť vel ꝙ ꝑfatus do
minus Christophorus non fecerit in suo sensu vel nihil facere volue
rit cū enim esset vir prudētissimus cēsendū est sicut ⁊ alij cōmuniter
faciunt voluisse ⁊ cōsiderasse ꝙ bona in familia cōseruarenť p quaȝ
familiarū dignitas ⁊ cōseruať ⁊ augeť: qd̄ cōtingit qn̄ apud mascu-
los remanent ⁊ nō trāseunt ad feminas vt pulchre p multa demon-
strat Joā. an. allegādo disputationē Jac. de are. in addi. spe. in rub.
de succes. ab intesta. ⁊ Bal. late in. l. maximū vicium. C. de lib. ꝑteri.

¶ Secundo q2 ex testō apparet ꝙ talis fuerat voluntas patris ea-
dem censeť fuisse filij q2 censebať eadem ꝑsona cū patre. l. fi. C. de im-
pube. ⁊ alijs substi. ¶ Tertio pȝ q2 sepius requisitus pluries recu-
sauit facere testm̄. qd̄ nō ex alio recusasse censeť nisi vt iure fideicom-
missi patris bona in familia remanerent. facto enim datur volūtas
intelligi. l. paulus non tm̄ verbis. ff. rem ratam habe. ¶ Quarto q2
dicit assertū testm̄ factū per paucas horas tres vel circa ante mor-
tem: quo casu infirmi in tali statu colligunt sarcinulas ⁊ incipiūt esse
a sana mente alieni iuxta not. in. l. hac cōsultissima. §. at cū humana
fragilitas. C. qui testa. face. pos. ⁊ in. l. iubemus. C. de testa. ¶ Quin
to ex his que omisit testator q2 de fratre fratruo ⁊ quibusdā nepoti-
bus quo diligebat nullā fecit mentionē: qd̄ arguit eū sane mētis nō
fuisse. ¶ Sexto ex his que fecit: nā apposuit talē cōditionē ꝙ si fi-
lia sua decederet cū filijs ꝙ nō esset heres ꝙ est cōtra pietatē ⁊ votū
paternū. l. scripto. ff. vnde liberi. l. cū auus. ff. de condi. ⁊ demonstra.
¶ Septimo tabellio in hoc vltimo testō dicit qualiter ipsi interro
garunt testes an esset sane mentis ⁊ ipsi rn̄derunt ꝙ sic: vnde duo re
sultant que arguunt suspitionē vnū ꝓpter stiluȝ insolitum: vt in. d.
constitu. C. ⁊ habeť in. c. ad falsarior. de crimine falsi. alterū q2 tabel
liones dubitabāt an esset sane mētis. Unde nō debebāt ex relatione
testium cōficere instrumētū vel suo sensu percipere iuxta not. in. d. l.
testium. ⁊ in rub. de fide instru. per Bal. circa medium. ¶ Octauo
ipsemet testator videť dubitasse cū vnus testis dicat ꝙ testator di-
xit ꝙ testes viderent an esset sane mētis qd̄ in viro doctissimo ⁊ pru
dētissimo nō est presumēdū nisi a sua mente sana alienato. ¶ Nono
non est modica admiratione dignū ꝙ ex. viij. testibus adessent. vij.
fratres illius ecclesie. Cui erat factum amplius relictū. qui non sunt
omni excepti. maiores vt dictū est per no. i. c. insup. extra de testib9.
¶ Decimo magna admiratione dignū est ꝙ cū de testō esset confe
ctum publicum instrumētū cui de iure adhibēda erat fides sine alia
testiū examinatione: vt no. in. l. ij. C. de bono. pos. ꝭm tab. ⁊ in. l. fi. C.
de fideicō. ⁊ in. l. publicati. C. de testamen. ꝙ filia heres instituta seu
eius ꝓcurator fecerit testes i scriptis clanculū examinari inscio Joā
ne de cuius ꝑiudicio agebať. ⁊ extraiudiciū ab examinatore per eum
posito vt apparent dicta testiū ad que postea corā iudice se referunt
est enim ista cautela insolita ab his qui habēt pro se publicū instru-
mētum si illud nō impugnareť. Igiť arguit suspitionē gl. in. l. vj. ff.
de cōdi. institu ¶ Undecimo examinati sunt testes corā incōpetēti
quē sciebāt ꝙ leuato velo in cor fauorē ꝓcedere debebant ꝓut fecit
vnde p sequētia declarātur ꝓcedētia. l. si seruus pluriū. § fi. ff. de le. j.
¶ Duodecimo nō citata parte. ⁊ sic sine cause cognitiōe. l. in cause.
§. cā cognita. ff. de mino. ¶ Decimotertio fuit factū ꝓceptū de cor-
rigēdo assertū errorē nō ꝓbatū ⁊ nō citata parte. cōtra regulā. l. de
vnoquoqȝ. ff. de re iudi. ¶ Decimoquarto dicūt testes ꝙ latino ser
mone testatus est ⁊ tn̄ ibi erant qdam cōuersi ꝙ hoc nō intelligebāt.
¶ Decimoquinto multū ponderādum est. ꝙ si testator dictauit et
tabelliones scripserūt. si postea publicatū fuit corā testatore iuriscō.
peritissimo. si postea data copia auscultatis ambobus ꝓthocollis. ⁊
corā potestate fuit copia extracta quomodo testator nihil dixit si bn̄
intelligebat quomodo testes si intellexerāt testatorē incōtinēti non
perceperūt errorē. quare tabelliones totiēs viso testō hoc non vide-
rūt si bn̄ testatorē intellexerūt. Nō video pro certo quo pacto homo
alicuius sensus vel intellectus possit hoc nedū credere. sȝ opinari ali
quo mō. Adeo enī ista distant a verisimili ꝙ habēt imaginē falsita
tis vt dicit Bal. in. l. j. C. de ser. fugi. Nec crederē etiā ꝙ aliquis ista
in tali qōne fateretur. ¶ Decimosexto di ant mihi isti testes si non
aduerterūt ad errorē. qūo postea ꝑceperūt ex interuallo. nō dico rē
notatā ⁊ facile memorie tenedā sed obscurā. ⁊ cum difficultate mēti
tenendā nam ꝙ testator nō dixerit ⁊ hoc si sed dixerit ⁊ ꝙ si. Itē ꝙ
non dixerit quo casu sed dixerit ⁊ hoc casu pro certo neduȝ religiosi
isti sȝ nec eruditi tabelliōes. hoc nō aduertissent ex interuallo. Ma-
xime cum testes ad ista parum aduertant vt experientia docet que
est rerum magistra. vt in. c. q̄ sit de elec. ¶ Decimoseptimo etiam
tabelliones non debebant cassare. sed apparet ꝙ animose hoc fece-
runt quia debebant dicere ꝙ scripsi sed potius voluerunt se pericu
lo subiacere ⁊ alteri parti fauere. nam si verum erat quod scripserāt
non debebant immutare si falsum. igitur ipsi erant falsarij casus est
in. l. iubemus. C. de testa. ¶ Decimooctauo dicti tabelliones erant
in eorum prothocollis concordes circa dictam institutioneȝ: vt pa-
tet quando data fuit copia: ⁊ tamen procurator narrat ꝙ non erant
concordes ad hoc vt testes examinentur. vnde ex tali mendatio ar-
guitur etiam suspitio. ¶ Decimonono tabelliones mutarunt testa
mentum. quia vbi erat. ⁊ hoc si posuerunt. ⁊ quod si. Et ibi erat quo
casu posuerunt ⁊ hoc casu h̄ autem nō reperio probatum a testibus
quod testator ita dixerit. Igitur non potuerunt isto modo corrige-
re. sed incidunt in suspitionem falsi. vt in. c. inter dilectos. de fide in-
strumentorum. ⁊ in. l. finali. C. de edicto diui adria. tollen. ⁊ in dicta
lege iubemus. ¶ Preterea et vigesimo Vicarius non percepit
quod isto modo corrigerentur: sed concordarent quod institutio
filie esset pure facta. sed pro certo. cum esset additus super errore

corrigendo poterat tm̃ iudicare que verba essent cassanda: ꝛ que po nenda tanꝙ prolata a testatore ꝛ male scripta a tabellione. ꝛ super hoc additus fuit. ꝛ ita petitum. Unde pnunciauit super nõ petitis et non pertinétibus ad officiũ suũ. igitur pceptum fuit nullũ vt p to tum. C. si a nõ competéti iudice. ꝛ in. l. Impator. ff. de statu hominũ. et in. l. iiij. §. hoc aũt iudi. ff. de dã. infec. igit qcqd sequutũ est virtute illius pcepti fuit nullũ ꝛ reuocari dꝫ vt in. c. ecclesia vestra vt lite pé dente. p Bal. in. l. tale pactũ in. §. qui prouocauit. ff. de pac. Item ꝛ xxiij. tabelliones plura alia addiderũt: vt pꝫ ex prima copia data post dictã copiã ꝙ facere non potuerunt citra falsi suspitioné vt p Bar. ꝛ alios in. d. l. Impator. ꝛ in. d. l. iubemus. Ité vnus ex tabel lionibus asserit in quadã sua scriptura ꝙ correxit incõtinenti. ꝛ tñ data fuit copia postea sine illa correctione ex quo pꝫ ꝙ falsuꝫ asserit. Ité duo testes dicũt ꝙ simul scribebãt ꝛ ipse dicit ꝙ nõ. ꝛ in his te stes examinati male deponũt ꝛ in multis sunt varij. ꝛ parũ pbãtes vt dictũ est. Ex qbus oĩbus q̃ cõsiderãda diligéter veniũt a strenuo iuriscõ. non dubito iudicé si oĩa recte. ꝛ linceis oculis cõsiderabit iu dicaturũ esse ré esse in cã intestati. ꝛ testm̃ pdictũ non valere ppter multas suspitiones. iuxta. d. c. inter dilectos: ꝛ alias rõnes supra in consilijs adductas. Illa enim dicit pfecta pbatio que ducit iudiceꝫ ad perfectam credulitatem. l. quinquaginta. ff. de probatio. p Bal. in. l. admonédi. ff. de iureiur. ꝛ l. j. §. tu magis scire potes. ff. d testi. et ita sine trepidatiõe ꝛ exitatione ꝯcludo in pmissis. Laus deo. Bartholo. soci. ꝛc.

¶ Summarium.

¶ An causa delegata a papa semp ad iurisditioné suam ptineat an et qñ non ptinuerit rite ꝛ valide processum fuerit vl' nulliter p suos delegatos ꝛ cuius effectus fuerit dictus pcessus. An ꝛ qñ iuste ꝛ rite processum fuerit p iudices delegatos regis romano.

1 Compromissum de duobus mensibus debet intelligi ſm numeruꝫ dierum mensis in quo factum fuit compromissum.

2 Prorogatio que non valet vt prorogatio an valeat vt nouuꝫ compromissum.

3 Subditus dño suo si iurauit aliquid obseruare non potest ad aliud iuramentum extendere.

4 Arbitrium datum potestati in condénando non potest vltra termi num in statutis statutũ procedere ꝛ cõdénare.

5 Religiosus sancti Francisci non potest esse arbitrator sine licentia superioris.

6 Papa qñ fecit actum non dispositum seu inductiuũ vt promouédo scienter inhabilem intelligitur dispensare voluisse.

7 Pactio est actus paciscendi qui pcedit ex quo sequitur effectus.

8 Pax publica nec priuata dicitur rumpi p cõtrouersias iudiciales.

9 Iudex ecclesiasticus de causa mere prophana inter laycos non habet iurisditionem.

10 Iurisditio collata sub ista conditione: si cõstiterit ita esse: iudex sub illa conditione datus non habet iurisditioné nisi ꝯditiõe purificata.

11 Sententia interlocutoria dicit omnis vox iudicis faciens ad cãm.

12 Quicquid fit in diffinitiua sententia interlocutoria lata ex falsa est nulla.

13 Error ꝛ nullitas que inest in actis censetur in sententia.

14 Iudex quando est talis ꝙ citatus non posset facere eum iudicem si vellet: tunc non valet processus in causa principali nec contumacie punitiuus.

15 Processus: sententia: ꝛ omnia inde sequuta: ꝛ omnis executio fundata in virtute statuti inualidi sunt nulla ꝛ reuocãda ad hũc effectũ.

16 Imperator est iudex ordinarius oĩum ciuitatum et dominoruꝫ sibi subiectorum.

17 Iudex motus aliqua ratione potest vasallum esse feudo priuandũ.

18 Imperator est inferior papa.
Et sic delegatus imperatoris dicitur esse inferior delegato pape.

19 Iudex secularis potest cognoscere de validitate vel nullitate senten tie qñ incidenter reuocatur in dubium in causa matrimoniali cũ nõ tangatur causa matrimonialis.

20 Episcopus qñ hꝫ iurisditioné ab impatore tunc papa nõ potest se intromittere nisi omnino iusticia deficeret.

21 Iudices ecclesiastici inhibent aliqñ iudicibus secularibus ne de ali qua causa cognoscant sub penis ꝛ censuris ecclesiasticis: iudices se culares non debent curare tales inhibitorias qñ iurisditioné ab eis non habent cognoscendi.

¶ Consilium. xcix.

¶ Dñs labia mea aperiat ꝛ spũssanctus illuminet intellectum.

Serenissimus rex romano. anno pterito cãm vertenté inter illustres dños de ꝯcordia mihi delegauit quã partibus instãtibus ꝛ petétibus ad pfatum Regé terminãdam remisi in psentiarũ ab illustre comite Galeoto instãter reqsitus vt qd in ea cã sentiré rescribere deberé denegare nõ potuit iustis qdé de causis. Quare coruꝫ controuersia tres: ni fallor: difficultates hꝫ. ¶ Prima versat in declarando an causa delegata a papa iuxta petitioné dñi Antonij attẽta facti veritate ad iurisditioné Pape ptineret vel nõ. ¶ Scdã posito ꝙ nõ pertineret an rite ꝛ valide pcessum fuerit vel nulliter p suos delegatos ꝛ cuius effectus fuerit dictus pcessus. ¶ Tertia ꝛ vltima inuestigatio erit an fuerit iuste ꝛ rite pcessum p iudices delegatos regis Romano. contra pfatũ illustrem comitem Anto. ¶ Capio primũ consultationis articulũ in quo p fundaméto: ꝛ intelligẽtia pmitto ꝙ inter pfatos dños factuꝫ fuit cõpromissum die. x. Decembris. M. cccclxxxiij. iuratũ duraturũ p duos méses in duos arbitros quoruꝫ alter erat religiosus fratrũ minoꝝ qui acceptauit sine licẽtia supioris: ꝛ hoc cõpromissum acceptatũ fuit. xxvj. die eiusdeꝫ mẽsis Decembris demũ. xvij. Mensis Februarij facta fuit ꝓrogatio ad qnq3 dies sine iuraméto deinde etiã sine iuraméto facta fuit alia ꝓrogatio die. iij. Mensis Martij prime sequẽtis ad. xx. dié eiusdé mensis latum fuit laudũ. ¶ Ex qbus imprimis elicio in ꝓposito ꝙ primũ cõpromissum finituꝫ erat. xxvij. mensis Februarij tpe quo facta fuit prima prorogatio siue dicamus ꝙ tps cõpromissi duoꝝ mensiũ inceperit a die facti cõpromissi qd̃ esset clarũ siue ꝙ inceperit a die acceptationis put voluit Bal. in. l. si cũ dies. in prin. ff. de arbi. nã dictum cõpromissum factũ fuit. xxvj. mẽsis Decembris. vñ nõ dispu tãdo an tẽpus curreret de mométo ad momẽtũ qꝛ nõ est necessariũ die sequẽti incepit currere ꝛ sic de mẽse decẽbris q hꝫ. xxxj. dies decussi sunt quinq3 dies de mẽse Januarij. qui totidẽ. xxxj. dies hꝫ oẽs sunt decussi demuꝫ de mẽse Februarij. xxvj. qbus oĩbus cõputatis faciunt. lxij. bene capiẽdo mẽsem etiã. xxxj. dierũ put erat mẽsis decembris in quo fuit factũ cõpromissum elapsi erant. xxvj. Februarij

cōmissam ⁊ cōuersam oīa sua bona p̄sentia ⁊ futura exceptis qbusdā
iuribus.Itē ꝓmisit obedientiā ⁊ habitum mutauit vnde dicit plene
trāslata ad ecclesiaz regularē de qbus translatis loquunt doc.in cle.
j.de deci.⁊ glo.in.c.vt lex cōtinētie.xvij.q.j.⁊ Bal.in aut.ingressi.C.
de sac.san.eccle.⁊ Jo.de imo.in.c. ꝙ ad te. extra de cleri. cōiug.in fi.
de qbus iudicandū est vt de monachis vt tradit in dictis iuribus ⁊
per do.Abb.in.c.nō est de regula.Et p cōsequēs lz deberet fieri cō-
promissum nō poterat fieri sine licentia superioris vt per Bal.in.d.
aut.causa que fit cū monacho. ⁊ per Inno.⁊ Joan.and.in.c.in pre-
sentia.de ꝓba.⁊ sic etiaz non potuit ratificare in p̄iudiciū monasterij
eo nō cōsentiente:huic eniz Casandre solū obijci poterat ꝙ in domo
ꝓpria habitat ⁊ nō in religione p tex.in.c.penul.de priuile.Sz illud
c.loquit de nō relinquētibus seculū ⁊ nō offerentib⁹ se ⁊ sua ꝑm Jo.
and.⁊ clarius dn̄m Abb.in ista q̄stione nō deficiebat nisi habitatio ī
religione ⁊ in domo religiose vixit obedientiaz ꝑpetuā seruauit ⁊ sic
erat sub obediētia abbatis.Igitur sine illius licētia nō potuit cōpro
mittere arg.eoꝝ q̄ dicit Spe.in ti.de actore.§.j.ver.itē excipitur con
tra actorē qō est monachus.⁊ sic ēt nō potuit ratificare. Alio etiam
modo respōdet nā Bar.⁊ doc.i.l.cū heredes.§.itē quero.ff.de acq.
pos.vt dixi volunt ꝙ p istos oblatos ⁊ cōuersos querit ēt dominiuz
⁊ possessio sine traditione per.l.si adoptauero.ff. de preca. ⁊ sic sicut
qn̄ quis dat se in adoptionē adoptāti acquirunt iura directa: vt insti.
de acqsi.p arroga.circa princi.⁊ ibi hoc declarat Jo.fabri.igit ⁊ hoc
casu.Nā in acquirēdo equiparant monachis vt dictū est qr querunt
iura directa ꝑm Jo.an.post Inno.in.c.in presentia.de proba.Si er-
go iura directa fuerūt trāslata Casandra nō potuit aliquo mō p̄iudi
care dicto monasterio qr nullū ius remāserat apud eā sed posito ꝙ
fuisset layca adhuc dico ꝙ talis ratificatio q̄ hz vim pacti nocere nō
potuit qm̄ ex quo cessio facta fuit ad vtilitatem cessionarij nō potuit
cessionarius pacisci cū debitore sciēte cessionē factā casus est a ꝯrio
sensu ⁊ ibi doc.in.l.si cū emptore.ff.d pac.Bar.i.l.mulier.§. ex asse.
ff.ad treb.Sz in casu nostro aduersarij habebant noticiam dicte ces
sionis ptz qr in iudicio ante agitato ꝓcurator partis aduerse oppo-
suit de ista cessione cuius acta fuerūt p principalē ratificata ⁊ ī dubio
p̄sumitur eius noticia ex quo illa ratificauit vt est casus quē ibi ad h
ponderat Bald.in.l.vnica.C.si in cōi eadēqꝫ cā in integ.resti.postu.
Et probat ex dictis Bar.in.l.j.circa si.ff.quēad. tasta.ape. ⁊ Pau.
de cast.in.l.ne in arbitris.C.de arbit.⁊ late do.Alex.in.l.si ita stipu-
latus.§.grisogonus.ff.de ver.obli.⁊ maxime rōne stricte coniunctio
nis ⁊ consanguinitatis.l.octaui.ff.vn̄ cogna.l.de tutela.C.de in īteg.
resti.ti.gn̄ali.Ex quib⁹ patēt resolute obiectiones que fiunt contra
monasteriū ⁊ ita cōcludo in p̄missis. Laus deo.
Bartho.soci.J.U.doc.Seneñ.

¶ Summarium.

☞ An scriptura priuata faciat plenā ꝓbationē.Itez quid īportet ver
bum hereditare. Itē an spurij dicantur de casato nouo vel familia.
Item qn̄ testator legat aliquā rem ad vsum vel vsumfructū titio do
nec vixerit censeat ēt legare ꝓprietatem.

1 Scriptura priuata plene probat ex forma statutorū.
2 Scriptura priuata facit plenā ꝓbationē qn̄ in tali scriptura cōtinet aliquē ꝓmittere aliquid dare vel facere.
3 Statutū tollit exceptionē doli q̄ cōpetit ꝯ ꝓmissionē sine causa.
4 Statuta sunt ꝑm vulgarē modū intelligenda ⁊ interpretanda.
5 Uerbū hereditare idē importat ꝙ succedere ⁊ est vulgare.
6 Succedere dicit ille qui succedit in ius alterius in qua re ꝑticulari si

ne ꝑ viā cōtractus siue per viam vltime voluntatis.
7 Verbum hereditare capit̄ ꝓ succedere singulariter in domo ꝑ viaꝫ
contractus donationis inter viuos.
8 Domus est verbū equiuocū ⁊ nō ciuile.
9 Spurij dicunt̄ de domo casata ⁊ familia.
10 Testator qñ legat aliquā rē ad vsum vel vsumfructū donec vixerit
censet̄ legare ꝓprietatem.
11 Expressio nihil operat̄ sed facta cēset̄ causa dubitationis tollēde qñ
exprimit̄ illud qd̄ tacite inest ex tacita volūtate testatoris.

Consilium.cij.

Dominus labia mea aperiat ⁊ spūssanctus illuminet intellectū.



Visis scripta compositiōis facte inter Bartholomeum ⁊ Jacobū de stiatis testamen
to dicti Bartholomei ⁊ alijs que in facto narrant̄ pro de
cisione presentis hesitationis in primis duo sunt considerāda. Pri
mum de validitate dicte scripte. Scōm de effectu dicte scripte respe
1 ctu domus de q̄ q̄rit̄. †Circa pmū dico ꝙ qcqd sit de iure cōi de q̊
late in.l.admonēdi.ꝑ Bar.⁊ moder.ff.de iureiur.dico ꝙ dicta scri
ptura lꝫ priuata plene ꝓbat ex forma statutoꝝ prout clare disponit
statutū positū sub rub.de scripturis p̄uatis.incipit. Statuimus ꝙ oī
bus ⁊ singulis scripturis ⁊c. Unde dicta scripta cōfecta a Bartho.
⁊ Jaco.ꝓmittētibus ꝯtenta ī scripta ꝯtinet ꝓmissionē de dādo illis
de casata ŏ stiatis:sed statutū vult ꝙ quando scriptura cōtinet ꝓmis
sionē de dando vel faciendo lꝫ priuata faciat plenā fidē. Igitur in
casu nostro dicta scripta plene ꝓbat.potuit em̄ statutū facere ꝙ scri
ptura priuata plene ꝓbet vt ē casus ⁊ ibi no.in.c.cum dilectus de fi
de instru.⁊ tradit Jo.and.post Martinū fili.in addi.spec.in tit.de fi
de istru.ī magna addi.v̊.vij.supplemētū.⁊ Bal.in ru.de fide istru.
idē Pet.de ancha.in repeti.c.j.de cōsti.in.x.q.prin. Nec obstat ꝙ re
spectu Baldaseris ⁊ alioꝝ de casato facta fuerit eis absentibus qm̄
iustuꝫ est respectu ꝓbationis ēt de iure cōmuni īmediate ꝙ scriptu
ra ꝑuenit ad manꝰ absentis qꝛ semꝑ loqtur ꝓbat.l.publia.in fine.ff.
depositi.no.Bar.⁊ Pau.de ca.in.l.nuda.ff.de dona.⁊ bal.in.l.vni
ca in.iij.col.C.de cōfes.⁊ Bal.in rub.C.de cōsti.pecu. Preterea hoc
obstaculū tollit statutū qꝛ vult ꝙ ꝓbet ēt licet scriptura facta fuerit
absente parte in fauorē absentis. Sed iterū obstare videt̄. Nā lꝫ sta
tutuꝫ dicat ꝙ plene ꝓbent cōtenta in eis cōtra scribentes ⁊ eoꝝ here
des tñ statutū nō videt̄ ꝑ hoc inducere ꝙ ex tali scriptura inducatur
obligatio in fauorē absentis ⁊ sic donatio.l.absenti.⁊ ibi no.ff.de do
na. Itē nec pōt dici ꝙ qlibet ipsoꝝ stipulatus fuerit illis de casata qꝛ
alteri stipulari nemo pōt neqꝫ pacisci.l.stipulatio ista.§.alteri.⁊ ibi
no.ff.de ver.ob.sꝫ qcqd sit de iure cōi dico ꝙ predicta tollunt̄ ꝑ statu
2 tum sub rubri.de statu.priua.ꝙ clare vult ꝙ †qñ in scriptura priua
ta cōtinet̄ aliquē ꝓmittere aliquid dare vel facere ꝙ talis scriptura
facit plenā ꝓbationē lꝫ confecta fuerit absente parte cōtra scriben
tes ⁊ eoꝝ heredes ēt si causa apposita nō esset ⁊ sic absentia nō no
cet quominus dicta ꝓmissio de dando dictā domum valeat. Nam lꝫ
induci possit ꝙ obligatio absenti queratur:vt in.c.si tibi absenti.de p̄
ben.in.vj. Igitur ⁊ statuto:vt.l.omnes populi.ff.de iusti.et iure. Et
si dicatur statutū loquitur respectu ꝓbationis nō autē exprimit re
spectu obligationis inducende ista autē multū differunt.l.publi.in fi
ne.ff.deposi.⁊ ibi notatur ⁊ tradit̄ in.l.nuda.ff.de dona. Ad hoc re
spōdeo ꝙ īmo intentio statuētiuꝫ fuit ꝙ etiā p̄iudicaret respectu ob
ligationis inducēde ista cōclu.ꝓbat̄. Primo quia dicit plena fi
des adhibeatur ⁊ ꝓbationeꝫ faciant.ex q̊ em̄ dicit plena fides.loquit̄
respectu obligatiōis īducēde. Scdo loco dū dicit.⁊ ꝓbationē fa
ciāt.loqt̄ respectu ꝓbationū.alias dicta v̊ba ⁊ ꝓbationē faciāt.nihil
oꝑarent̄ ꝯ.l.si qñ.ff.de leg.j.⁊.c.si papa de p̄uilegijs ī.vj. Tertio
qꝛ ēt statutū dicto casu respectu ꝓbatiōis lꝫ fuisset absens statutū ni
hil operaretur cū ⁊ scriptura facta parte absente contra scribentem
semꝑ ꝓbet iuxta no.ꝑ bar.⁊ Pau.de ca.in.l.nuda.ff.de dona. Igit̄
loquit̄ respectu effectualis ꝓbationis.s.respectu obligatiōis inducē
de. Quarto ad quid statutū inuenisset ꝙ scriptura ꝓbaret ꝓmis
sionem de presenti de dando vt da.vel se ꝓmecte:licet pars esset ab
sens tēpore scripture ⁊ promissionis ex quo promissio nō valeret qꝛ
scriptura probaret promissionem factā tempore scripture absenti.
d.l.absenti.ff.de dona.cuꝫ ibi no.⁊ per gl.⁊ doc.in.l.illud.C.de sacro
san.eccle. Unde non est cēsendū ꝙ statuentes dicto casu intellexerit
de probatione sine effectu aliquid operandi.d.l.si quando ⁊ per bar.
3 in.l.iiij.§.pretor ait.ff.de noui operis nunciatione. †Quinto eui
denter ostenditur ꝙ statutuꝫ vult ꝙ plena fides adhibeatur etiā si in
scriptura promissionis dandi vel faciendi nulla sit apposita causa ⁊
sic tollit statutum exceptionē doli que competit contra promissionē
sine causa iuxta.l.ij.§.circa.ff.de doli exceptione. que exceptio con
cernit nullitatem obligationis ⁊ debiti ⁊ non probate promissionis:
vt in.l.cum de indebito in fine.ff.de probatio.⁊ in.c.si cautio.extra ŏ
fide instrumentorum traditur in.l.a titio.ff.de verborum obligatio.
Igitur apertissime patet ꝙ vult ꝙ adhibeatur plena fides effectua
liter etiam quo ad obligationem inducendam. Nam ex eo ꝙ tollit ob
staculum dicte exceptionis que concernit nullitatem obligationis de
claratur quod intentio fuit ꝙ obligatio induceretur sicut dixit bald.
nota.de clausula non obstante in.l.eam ꝗ.de fideicom.⁊ sicut dicimꝰ
ꝙ casus excepti declarant regulam.l.nam quod liquide.ff.de penu.
lega.⁊ vna pars per aliā declaratur.l.qui filiabus.⁊.l.si seruus plu
rium.in fin.ff.de lega.j. Quinto etiam in fine statutum dicit etiam
si exceptioni non numerentur pecunie vel alij exceptioni de iure com
petenti renunciatum non esset. Nam exceptio nō numerate pecunie
respicit etiam obligationem.institu.de litterarum obliga. Item sta
tutum dicit vel alij exceptioni de iure competenti. Igitur cum de iu
re possint competere exceptiones recipientes nullitatem obligatio
nis ex causis expressis in statuto.qꝛ promissio sit facta absenti vel si
ne causa:vt in.d.l.absenti.⁊.d.l.cuꝫ de indebito in fi.vult ꝙ licet illis
non sit renunciatum. Tamē scriptum effectum habeat. Postre
mo quilibet qui non esset in iure peritus.qui de his verbis adhibeat̄
plena fides interrogaretur.responderet ꝙ scriptura etiā deberet ef
4 fectum habere respectu obligationis. †Ita enim solēt cōiter vulga
res loqui:⁊ statuta sunt ꝯm vulgarem modū intelligenda ⁊ interpre
tanda.d.l.librorū.§.qd̄ tamen cassius.ff.de leg.iij.l.labeo.⁊ ibi bart.
ff.de suppel.lega. Nec habet obstare ꝙ ex tali scriptura non habet re
sultare nisi pactum nudum.ex quo non orit̄ efficax remedium ad agē
dum.l.iurisgentiū.§.igitur nuda.ff.de pact.quoniam continet dona
tionem.⁊ ex pacto nudo donationis orit̄ actio.l.si quis argentū.C.ŏ
dona.⁊ instit.de donat. Et si dicat̄ verba dicte scripte non continent
donationeꝫ sed conuentionem de donādo adueniente cōdi.deficiētiū
descēdentium. Ex pacto aūt nudo de donādo etiam hodie nō videt̄
actio oriri vigore.d.l.si quis argētum que videtur loqui in donatiōe
nō in pacto.de donando que differūt:vt in.l.in bonefidei.⁊ ibi glo.et
doc.ff.de eo qd̄ certo loco.⁊ sic cum dicta lex sit exorbitans nō dꝫ ex
tendi.l.si vero.§.de viro.cum ibi no.ff.sol.mat.⁊ ita tenuit do.Fran.
de rampo.in.l.fi.ff.de cōdi.cā data.⁊ Saly.in.l.ij.C.eo.tit.⁊ in.d.l.si
quis argentū ⁊ Joā.de imo.⁊ Roma.in.l.in edibus.§.j.ff.de dona.
⁊ hanc opini.in puncto iuris veriorem dicit do. Alexā.in.l.iurisgen
tiuꝫ in prin.ff.de pac.licet magna sit auctoritas Bar. Ad hoc in pri
mis respondeo ꝙ immo dicta verba continent donationem aduenié
te conditione nō promissionem de donando quia dicit ⁊ monachan
do che de tuti dui non vi fusse heredi che quelli a quello tempo
del casato si trouarano debiano hereditare. Et sic voluerunt ꝙ in
dicta domo.illi de casato aduenićte cōditione succedant:⁊ sic donāt
non autem ꝓmittunt donare:⁊ posito ꝙ esset cōuentio de donando.
Idem in iudicando concludendum esset.prout tenuit Bart. in.d.l.
in edibus.§.j.⁊ Ange. in.d.l.si quis argentum.⁊ glo.in.§.perficiun
tur.insti.de dona.⁊ Bar.in.d.l.iurisgentium in prin.ff.de pact.queꝫ
ibi sequitur do.Pau.de ca.⁊ Rapha.fulg.qui allegat hoc tenuisse
Jaco.butri Idem voluit do.Pau.in.l.fi.ff.de condi.causa data. Et
hanc opi.ostenderem esse veram in puncto iuris. Sed omitto:tum
quia non est promissio de donando.tum qꝛ in iudicādo nō est recedē
dum ab opinione glo.Bar.⁊ magis cōi.propter auctoritates in con
trarium allegatas. Capio scōm in quo breuiter concludo. Impri
mis ꝙ existentes de casato de stiatis quibus censetur facta donatio
possunt petere dictam domum virtute dicte cōuentionis.vt ex supe
rioribus ptꝫ. Sed contra hanc conclusionem arguit̄ multipliciter.
Et primo qꝛ dicit ꝙ post mortem descēdentiū illi de casato debeāt
hereditare dictam domuꝫ.⁊ sic dicta verba vident̄ importare ꝙ vel
iure hereditatis debeāt habere dictā domū vel ex donatione cā mor
tis. Primū ꝓbat̄ qꝛ hereditare vr̄ hoc importare.s.hr̄dem effici ab
hereditate ad minus in illa re certa.iuxta.l.j.§.si ex fundo.ff.de he
re.instit. Scōm ꝓbatur qꝛ facta est mētio mortis.iuxta.l.si cui.ff.
de dona.cā mortis. Et neutro dictoꝝ modoꝝ cōsequi possunt:quia
non adest solēnitas quinqꝫ testiū.l.fin.C.de codicil.⁊ in.l.fi.C.de do
na.cā mor. Ad qd̄ respondetur ꝙ cum verbum hereditas dicat̄ suc
5 cessio.l.nihil aliud.ff.de verbo.signi. †Verbum hereditare idem im
portat ꝙ succedere ⁊ est vulgare.succedere autē dicitur quis quādo
6 vniuersaliter succedit ꝓprie.l.qdā.§.is autē.⁊ ibi no.ff.de edē. †Iteꝫ
dicit̄ succedere ille qui succedit in ius alterius.in aliqua re particula
ri.siue per viam ꝯctus siue per viam vltime voluntatis.l.fluminuꝫ
§.addicitur.ff.de dā.infec.⁊ in.l.j.§.illud.ff.quorū legatorum tradi
7 tur in.l.si tertius.§.si prius.ff.de aqua plu.arcē. †Unde in casu nr̄o
ex quo hoc exprimit̄ in contractu capitur verbū hereditare ꝓ succe
dere singulariter in illa domo.per viam cōtractus donationis inter
viuos sub illa condit.vt concludit in terminis nota. Oldra.in consi.
cxxxix.incipit ad habendam aliquam notitiam cuius dicta sequitur
Jo.and.in addit.speculi.in titu.de instru.edi.§.porro ad fin.in addi.
magna.⁊ dn̄s Alexā.in.d.l.licet inter priuatos in fine.C.de pac.⁊ in
suo cōsi.lxxiij.in.ij.volu.⁊ maxime quia in.d.transact.nō sunt testes
ad vltimā voluntatē vel donationē cā mortis sufficientes quo casu
censetur per viam contractus inter viuos disposuisse ꝯm Pet.Cy.
Bart.⁊ alios in.d.l.licet inter priuatos. Sed iterū videbat̄ obstare
statutum sub rub.de dona.qd̄ incipit statuimus vbi nō valet dona
tio vltra valorem.l.florenoꝝ auri.nisi fiat cū decreto ⁊ alijs solenni
tatibus

tatibus de quibus in statuto que in casu nr̃o nõ interuenerunt. Igit̃ donatio videtur nulla si excedit. l. aureos. l. cum hi. §. si pretor. ff. de transac. ⁊ per Bal. ⁊ Ange. ⁊ moder. in. l. j. ⁊. ij. ff. de libe. ⁊ posthu. sȝ ad hoc respondetur dupliciter ꝙ cũ statutũ p̃dictum sit exorbitãs a iure cõi debet intelligi de pura ⁊ simplici donatione vel ẽt de condi- tionali quãdo cõditio non respicit cõmodum vel affectionẽ testato- ris. ⁊ sic donator tm̃ ex mera liberalitate mouet̃. secus in donatione cõditionali que respicit vel cõmodum vel affectum testatoris: quia illa nõ est proprie donatio. Ideo in ea nõ hȝ locũ statutũ exorbitans tex. est cum glo. in verbo sequentiũ in. l. j. ff. de dona. ⁊ ita determinãt ibi Bar. Jmo. ⁊ Pau de cast. Sed in casu nostro isti nõ fecerunt do nationem ex mera liberalitate sed ex affectu vt domus in familia cõ seruetur vel remaneret donec aliquis de familia superesset. iuxta no. per glo. Cy. ⁊ alios in. l. quotiẽs. C. de fideicõ. ⁊ in. l. filiusfami. in. §. diui. ff. de leg. j. Jtem fuerunt grauati illi de domo ad nõ alienanduȝ vt domus de familia nõ exiret. Unde fuerunt moti ex mera liberali- tate qđ etiã patet q: noluit ꝙ perueniret prius ad descendentes ma- sculos. ⁊ postea ad illos de casato. Unde nõ fuit mera liberalitas. sȝ potest dici conditio etiam apposita ad commoduȝ donantiũ ex quo voluerũt primo ꝙ tm̃ post mortẽ eorum. scđo nõ existentibus descẽ dentibus ⁊ sic conditio respicit cõmodum. vt dicit do. Raph. Cu. in d. l. j. ergo nõ fuit proprie donatio. Et sic nõ habet locum dictũ sta- tutum per no. in. d. l. j. ff. de dona. ¶ Secundo posito ꝙ statutũ loq̃ ret in ista donatione. qđ tamẽ est falsum dico ꝙ qcqđ sit in isinuatio ne que requirit̃ de iure cõi. vt in. l. sancimus in princi. cum glo. C. de donati. ⁊ in aut̃. vt fratrum filij. §. illud. Tũ dico ꝙ statutum hȝ lo- cum in casu nostro. qñ tp̃e donatio facta examinatione dubij euent⁹ dicte dona. cõditionalis ascẽderet ad extimationem centum floreno rũ auri cum sint duo donatores. iuxta nota. per Guil. ⁊ Paulũ de castr. in. l. si plures. ff. de pac. Jsta cõclusio probatur ex v̈bis statuti. Dũ dicit ꝙ liceat donare vsq; ad valorem florenorũ. l. auri. et sic illa qualitas valoris ⁊ extimationis consideraĩ tẽpore donationis an so lẽnitas de qua ibi interuenire debeat ad hoc. l. in delictis. §. si extra- neus. ff. de ne xali. ⁊ in. l. si titius. ff. de testamento mili. vnde videndũ est quante estimationis erat tunc temporis illa spes que non debet attendi in extimatione rei date sub cõditione si tũc fieri debet extima tio valoris: ⁊ extimatio rei sed tantũ spei illius. l. cũ titio: ⁊ ibi bar. ⁊ alij. ff. ad. l. falci. ⁊ in. l. hereditatem co. ti. cũ simili. ⁊ sic in tm̃ valeret dicta donatio inquantum illa spes non ascenderet ad estimationem centum florenorum auri alias in totũ esset nulla vt clare disponit sta tutum: ⁊ sic prima responsio est tutior. Ex quibus deueniendo ad id de quo querit̃ concludendum est ꝙ ex quo virtute dicte conuentio- nis cessantibus ⁊ descẽdentibus masculis Bartholomei ⁊ Jacobi domus deuenire debet ad illos de casato dictorum Bartholomei ⁊ Jacobi. ⁊ sic cum voluerint ꝙ veniat ad illos de casato eorum censẽ tur instituti gradatim. ⁊ ordine successiuo. vt concludit Barto. in. l. si cognatis. ff. de rebus dubijs. ⁊ probatur in. l. cum ita. §. in fideicõ. ⁊ in. l. peto. §. fratre. ⁊ vtrobiq; not. doc. ff. de leg. ij. Cũ ergo dictus Baldasar sit in scđo gradu scđm ius canonicũ ⁊ cõtendẽtes cum eo sint in vlteriori gradu p̃ferri dȝ. Et licet p̃dicta iura loquant̃ in vlti- mis volũtatibus: tm̃ Bal. Jmo. ⁊ moder. in. d. §. in fideicõmisso extẽ dunt ad cõtus ⁊ doc. in. l. gallus. §. qđã recte. ff. de libe. ⁊ posthu. Re stat igit̃ tm̃ vnus scrupulus ꝙ dictus. Baldasar est filius Gaspari ni spurij: spurius aũt nõ videt̃ dici de casato ⁊ sic cũ pater nõ diceret tur de casato donator ita nec filius arg. l. fi. C. de natura. libe. ꝙ aũt spurius nõ videat̃ esse de domo vel familia ptȝ: q: nõ est agnatus in sti. de legi. agna. succes. §. qđ vulgo. ꝑm Bar. ⁊ alios in. l. fi. C. de ver. signi. ⁊ in. l. tutelas. ff. de capi. dimi. ⁊ in tracta. de insignijs ⁊ armis. col. iij. facit qđ no. Bal. in. l. cũ accutissimi. C. de fideicõ. ⁊ cũ nõ dica tur de domo nõ dicitur de casato q: idẽ importãt ꝑm Jmo. in. l. ex fa cto. §. si qs rogatus. ff. ad treb. ⁊ sic vr̃ ꝙ dictus Baldasar nõ inclu- datur in dicta donatiõe ⁊ probat̃ ex no. p Bal. in. d. l. id qđ pauperi bus. in penul. colũ. C. de epis. ⁊ cleri. ⁊ Bald. in. l. generaliter. §. cum autẽ. C. de insti. ⁊ substi. sub condit. fac. ⁊ Bal. in. l. filium diffinimus. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. vbi dicit ꝙ non dicunt̃ de casata et sequitur ibi Ang. cum multis alijs allegatis per do. Alex. in. d. l. ex facto. §. si qs rogatus. ff. ad trebel. Sed hoc non obstante in cõtrium ẽ

8 veritas. ¶ †Primo tenendo ꝙ dicant̃ de domo qui sunt spurij quia domus est verbum equiuocũ ⁊ non ciuile vt declarat Bar. in. l. pro nunciatio. §. familie. ff. de verb. signi. ⁊ in. l. tutelas. ff. de capi. dimi. ⁊ idẽ voluit Saly. in. l. fi. C. de ver. signi. qui dicit ꝙ dicunt̃ de casata ⁊ idem dicit Bal. in. l. iulia. in lectura antiqua. ff. de ritu nup. qui dicit ꝙ dicuntur de casata quia est verbum significans naturalitatem. ¶ Secundo quia vocabatur Gasparinus de stiatis ⁊ eadem arma deferebat. Nam ex vetustissima cõsuetudine spurij deferũt eadeȝ ar ma prout legitimi ꝑm Barto. in tractatu de insignijs ⁊ armis. col. iij. ⁊ de domo dicuntur interdũ portãtes eadẽ arma ꝑm Bar. in. d. l. tutelas. ¶ Tertio q: ex cõi vsu loquẽdi vniuersaliter dicunt̃ de ea dem domo casata ⁊ familia: vt per Bar. in. d. l. p̃nunciatio. §. fami lie. ⁊ in. d. l. fi. C. de verbo. signi. ⁊ ibi per docto. qui vulgaris vsus lo-

quendi preualet ꝓprio significatui. l. librorũ. §. qđ tamẽ cassius. ff. de leg. iij. l. labeo. ⁊ ibi no. per Bar. ff. de suppel. lega. cuȝ simi. ¶ †Po

9 stremo dico ꝙ de mente donatorũ constat quo casu spurij dicuntur de domo casata ⁊ familia ꝑm Bart. in. d. l. tutelas. ⁊ Jmo. ⁊ moder. i. d. §. si quis rogatus. ꝙ aũt in casu nostro cõstet de mente patet. q: Bartholomeus qui conficit dictam conuentionẽ testando appellat pluries dictũ Baldasarẽ de domo de stiatis. ex qua scriptura mẽs eius declaratur. l. nẽsenius. cũ ibi no. p Barto. ff. de neg. gest. Unde q̃tũcũq; nõ esset: tñ ex quo ipsum habebant ⁊ nominabant de domo de stiatis includitur in dicta dispositione pro hoc tex. not. in. l. alimẽ ta. ff. de alimẽ. ⁊ ciba. leg. Ubi licet libertus liberi mei non dicatur li bertus meus tamen si ipsum nominabam libertũ meum ⁊ habebaȝ pro liberto meo: includitur in dispositione mea quã dirigo ad liber- tos meos ⁊ ideo dicit ibi Barto. ꝙ licet alias in dispõne appellatio ne filiorum nõ continerent̃ nepotes: tamen illud veruȝ nisi dispõnes nominasset eũ filiũ ⁊ pro filio habuisset. Cum ergo ab eis noĩaretur de stiatis apparet ꝙ includit̃ tanꝙ existens de casato de stiatis cum etiam vulgariter de casata appellent̃. Ex quibus concluditur ꝙ vir tute dicte conuentionis domus peruenire dȝ ad dictum Baldasarem vt ex superiorib⁹ clare ptȝ. ¶ Superest postremo deuenire ad illaȝ difficultatem nũquid prelegata facta Jacobo per Bartholomeũ te statorem veniant in restõne fideicommissi vniuersalis hereditatis q̃ venit restituenda dicto Baldasari: ⁊ in hac difficultate excludo ca- sus indubitabiles. Nam prelegata q̃ fuissent simpliciter facta dicto Jacobo venirent ex quo fuerũt primo facta prelegata postea fuit ro gatus vt est casus ꝑm cõem intellectuȝ in. l. ticia. ff. ad. l. fal. ⁊ est cõis cõclusio in. l. cuȝ virũ. C. de fideicõ. ⁊ in. l. marcellus. §. qđã liberis. ff. ad treb. cõsuluit do. Alexã. in consi. xxv. in primo volumine. ⁊ in cõsi. lxvj. i. ij. vol. habeo etiam ꝓ indubitabili ꝙ portio domus de qua su pra dictũ est que ptinebat ad Bartholomeũ qñ nõ deberet̃ Gaspa ri virtute cõuentionis: q: quo ad eum esset nulla: qđ tamẽ est falsum non veniret restituẽda lȝ prelegata dicto Jacobo. Quoniã etiã quo ad euȝ cõuentio valeret vt ptȝ in dicto cõsilio Oldra. ⁊ p dñȝ Alex. in. d. l. licet. C. de pac. ⁊ sic dom⁹ seu dicta portio deberetur Jacobo ex contractu licet p̃legata nõ venirẽt in restõne fideicommissi vniuer lis casus ẽ in. l. lucius. in. §. maritus. ⁊ ibi Bar. ⁊ alij. ff. ad treb. ⁊ tra ditur per bar. ⁊ alios in. d. §. qđã liberis. vñ opus ẽ dicto Baldasa- ri fundare se in dicta cõuentione ⁊ in dicto fideicom. Uñ difficultas consistit nõ mediocris quid iuris in rebus legatis vxori. et post mor tem prefato Jacobo grauato fuerũt eñ multa legata vxori in infra- scriptis verbis. Itẽ reliquit dñe Magdalene vxori sue quousq; vi tam vidualẽ duxerit ⁊ quousq; viduã steterit ad vsum ⁊ gaudimẽtuȝ toto tẽpore vite sue ipsa vidua stante: ⁊ demũ in fine dicit ⁊ post mor tem dñe Magdalene remanere voluit eius fratri aut ei⁹ heredibus Pro cuius difficultatis declaratiõe p̃mitto ꝙ dictũ p̃legatũ factuȝ fratri aut eius h̃dib⁹ aut Jacobo seu ei⁹ h̃dib⁹: cũ inter eos cadat ordinata affectio vt plus censeat̃ fratrẽ dilexisse ꝙ ei⁹ h̃des: cẽsetur eos vocasse ordine successiuo. Primo fratrẽ seu Jacobum eo existen te. Scđo eo nõ existente ei⁹ h̃des ꝓut infra dicã casus est ⁊ ibi bar. ⁊ alij in. l. cuȝ pater. §. pe. ff. de lega. ij. ⁊ ꝓbat̃ ex no. p glo. ⁊ doct. in. l. gallus. §. si. ff. de lib. ⁊ posthu. ⁊ no. vt in. l. pen. C. de ver. sig. ¶ Ex q̃ declaratione primo infero ꝙ si tp̃e mortis Jacobi vxor Bartholo- mei erat premortua. ⁊ sic sumus in casu in quo Jacobus fuit vocat⁹ ⁊ nõ eius heredes: talia prelegata veniunt in restõne. d. fideicõmissi per tex. in. d. l. titia. cuȝ alijs allegatis. ¶ Ex quib⁹ ẽt sequit̃ ꝙ si q̃ prelegata essent facta Jacobo: tñ sine illis v̈bis. aut ei⁹ h̃dib⁹. licet Jacobus p̃mortuus esset venirẽt in restõne fideicõmissi. Ex quo eñ testator ab vxore prelegauit Jacobo: ⁊ Jacobũ grauauit de dando Baldasari: lȝ in p̃sona Jacobi defecisset ꝑm ꝙ statim dicet̃ tamẽ nõ defecisset sed deberet̃ dicto Baldasari q: vxor censeretur grauata restituere Baldasari vt est expressa decisio Bart. cõiter approbata in. l. ꝙdiu. la. iij. ff. de acqui. here. Si vero supponat̃ vxorẽ superui- xisse Jacobo. Tũc qñ post mortẽ vxoris bona sunt prelegata Jaco- bo aut eius heredibus difficultatem facit q: p̃legata tũc nõ vident̃ fa cta Jacobo grauato sed eius heredibus nõ grauatis videtur ꝙ non veniant in restitutiõe fideicommissi ex quo heredes nõ reperiuntur grauati. l. sticũ qui meus erit in p̃n. ff. de leg. j. l. vnica. §. sin aũt ad de ficientis. C. de cadu. tollen. l. labeo. §. ideȝ tubero. ff. de supellectili le gata cõtrium puto in casu nostro vno fundamento satis claro. Nã pu to ꝙ vxori in bonis relictis vt. s. p. d. verba ad vsum ⁊ gaudimentuȝ toto tẽpore vite sue nõ sit relicta ꝓprietas sed vsus ⁊ gaudimentum

10 dictorum bonor. †Nã lȝ qñ testõr legat aliquã rẽ ad vsum vel vsum fructum donec vixerit censeat̃ legare ꝓprietateȝ vt cõcludit bar. i. l. iij. ff. de ali. ⁊ ciba. lega. ⁊ traditur in. l. cum hi. §. si vni. ff. de transac. ⁊ in. l. titia. la prima. §. fi. ff. de leg. ij. ⁊ in. l. donationes. §. species. ff. d dona. q: cã vel modus adiectus q respicit fauorem legatarij nõ limi tat legatũ vt i dictis iurib⁹: tñ hoc verũ est nisi cõtriuȝ appareat de mẽ te defuncti vt voluit bar. in. d. l. iij. ponit do. Alex. in suo cõsilio pe. ad fin. in. ij. volu. ⁊ Lud. ro. in consi. ccccciij. incipit. Uisis ⁊ diligẽter inspectis. Sȝ in casu nostro constat de mente: igitur ⁊c. Naȝ testator

fecit legatum vxori de dicta parte domus ꝑ dicta v̄ba formilia de q̄
bus supra per q̄ verba facit ēt alia legata ⁊ demū ipsemet testator ī
c.insti.heredis ꝓhibet heredem venire contra legatū factū vxori de
vsu ⁊ vsufructu dictarum partium domus.q̄ verba clare significant
vsumfructum:vt dicit Bar.in.d.l.iiij.allegando text.in.l.ij.in fi.⁊ in
l.lucius.eo.ti.Si ergo testator declarat se legasse vsumfructū dicta/
rū partiū domus.Igit̄ ex isto capl'o ita declarato habemus ꝙ testa
tor per dicta verba nō voluit legare ꝓprietatem sed vsuȝ ⁊ vsumfru
ctuȝ.⁊ ꝑ cōsequens eadē verba posita in aliis capitulis declarantur
casus est in.d.l.vnica.⁊ ibi Bar.Ang.⁊ alij.ff.de peti.here.ad idem
tex.in.l.heredes palam.§.sed si notā.in verbo.ex vicinis scriptis.ff.
de testamen. ❡ Ex q̄bus ptȝ ꝙ testōr tm̄ voluit relinquere vsumfru
ctuȝ ⁊ vsum ⁊ nō ꝓprietateȝ.Volūtas aūt testōris p̄dominat̄.l.ī cō/
ditionibꝰ.ꝑmū locū.ff.de cōdi.⁊ demō.⁊ non pōt dari dictis verbis
melior interp̄tatio q̄ illa quā ipsemet testator dat:facit ad hoc quod
habet̄ ī.l.ab executore.ff.de appel.ad idem.l.labeo.ff.de suppel.leg.
❡ Ex quibꝰ īfero in ꝓposito ꝙ ꝓprietas ⁊ cā fit in hr̄ditate dictoꝝ
bonoꝝ ⁊ venit restituenda:⁊ cōsequēter finito vsufructu fuit vsusfru
ctus consolidatus cum ꝓprietate penes eum penes queȝ erat ꝓprie
tas.l.si titio.ff.de vsufru.tradit Bar.in.d.l.marcellus.§.quidā libe/
ris.Sȝ posito ꝙ censeretur relicta ꝓprietas adhuc idem vr̄ ꝯcludē/
dum.Nā si testator simpl'r legatum fecisset vxori de dictis bonis ad
vsum ⁊ vsumfructum donec vixerit: quousq; vixerit mortua vxore
bona legata reuertebantur ad Jacobum eo supstite tp̄e mortis vxo/
ris:⁊ eo nō superstite ad eius heredes vt decidit no.Bar.ī.d.l.titia
§.fi.allegat.l.si ita.ff.de statulibe.ibi Paul.de cast. assignat rōnem:
q: tunc finito tp̄e biennij redeunt bona ad heredē nō iure fideicōmis
si sȝ cōsolidationis q: legata cōsolidātur cū hereditate sicut vsusfru
ctus cum ꝓprietate:⁊ sic penes quēcūq; reperit̄ hereditas bona le/
gata redeunt finito tp̄e:vt in.l.fi.C.de lega.⁊ ita intelligit Bar.⁊ re/
spondet ad.l.in cause.§.pōponius.ff.de euic.que videbat̄ facere in ꝯ
riuȝ ꝙ loquatur qn̄ legatuȝ est simpl'r factuȝ ⁊ grauatus eēt legata
rius post mortē de restituēdo heredi:secus si quousq; vixerit legata
rius vt ibi latius per euȝ.⁊ idē tenet in.l.fi.C.de leg.⁊ seq̄tur ibi latiꝰ
do.Alex.igitur in casu nostro licet testator dixerit ꝙ post mortē bo/
na remaneant Jacobo aut eius heredibus ista verba non habent di
ctam decisionē alterare.Naȝ hoc idem in casu nostro volunt Pau.
de cast.⁊ sequentes eum dum respondēt ad dictū.§.pōponius.Naȝ
volunt ꝙ si factuȝ fuisset legatuȝ temporale quousq; viueret legata
rius:ꝙ tunc hȝ locuȝ illud qd̄ dicit̄ ꝙ cōsolidant̄ legata cuȝ heredi/
tate sic vsusfructus cum ꝓprietate ⁊ non debet̄ iure fideicōmissi ⁊ tm̄
in.d.§.pōponius dictuȝ fuit ꝙ post mortē perueniret legatū ad he/
redem. ❡ Cōfirmat̄ hoc idem rōne.Nā si illa verba nō fuissent exp̄s
sa ex tacita mente testatoris bona legata fuissent reuersa ad Jacobuȝ
⁊ eo nō superstite ad eius heredes ex tacita mēte testatoris ꝺm bart.
11 ⁊ alios in.d.l.titia.§.fi.†Sed qn̄ exprimit̄ illud ꝙ tacite inerat ex ta
cita voluntate testatoris expressio nihil operat̄ sed facta censet̄ causa
dubitationis tollende.l.cum q̄d.ff.si cer.pe.⁊.l.que dubitatiōis.ī.de
reg.iur.⁊ est regula Barto.cōiter approbata in.l.iij.ff.de leg.j.⁊ sic
cum hereditas transeat in fideicommissum transeunt etiam dicta bo
na per p̄dicta:⁊ licet non reperiam hanc questionē in specie decisam
puto hanc esse veritatē. ❡ Postremo ista ꝯclusio est manifeste ex
mente testatoris.Nam testator si Jacobus decederet sine filijs substi
tuit Baldasarē:⁊ sic apparet ꝙ predilexit Jacobum heredē insti/
tutū ⁊ eiꝰ filios positos in cōditione.d.Baldasari.l.lucius in.fi.ff.de
here.insti.Sed Baldasarē substitutum mortuo Jacobo predilexit
heredibus extraneis dicti Jacobi:⁊ sicut predilexit in substitutione
fideicōmissi vniuersalis ita censet̄ predilexisse in dictis p̄legatis arg.
l.publius.ff.de condi.⁊ demon. Ex q̄bus dico ꝙ q̄uis post mortem
vxoris sint vocati Jacobus ⁊ eius heredes:ītelligi dȝ.i.filij:ne resul
tet absurdum ꝙ videatur p̄tulisse heredes extraneos Jacobi dicto
Baldasari ꝯ menteȝ testatoris.arg.tex.no.cuȝ ibi no.ī.l. ex facto.§.
fi.ff.ad treb.⁊ ad hoc optime seruiūt q̄ no.ponit Bar.in.l.gallus.§.
⁊ si parente.ff. de libe.⁊ posthu.in istis aūt multū est in cōsideratiōe
voluntas defuncti.l.cuȝ virū.C.de fideicō. ❡ Ex quibꝰ oībꝰ ꝯcludo
ꝙ dicta p̄legata veniūt in restōne. ❡ Ultimo nō obstat si ad no.per
Pau.de cast.⁊ alios in.d.l.penul.⁊ in.d.§.fi.diceretur ꝙ habent lo
cum qn̄ bona reuerti debent ad heredem tanq̄ heredē vel ad heredi
tatem q: tunc dicunt̄ reuerti iure cōsolidationis: q: habitus est re/
spectus ad hereditateȝ.Sed in casu nostro reuerti debēt ad Jacobū
⁊ sic nō vt ad heredem.⁊ per cōsequēs non vr̄ habitus respectus ad
heredem sed ad personam Jacobi ⁊ per cōsequens ꝙ Jacobo ⁊ he/
redibus deberentur iure fideicōmissi.⁊ sic in p̄sona hr̄duȝ habuit lo
cū ꝙ nō veniunt in restōne fideicōmissi vniuersalis q: hr̄des nō sunt
grauati vt dixi.Nam ad hoc rn̄deo ꝙ testator aliqn̄ vocat fratrem
vel eius heredes:aliqn̄ fratrē ⁊ heredem aut eius hr̄des.Un̄ ex quo
vno capl'o vocat Jacobum heredē ab eodē recipiunt iterp̄tationem
alia capitula:vt in.d.l.vtrū.⁊ in.l.q filiabus.⁊ in.l.si seruus pluriū ī
fi.ff.de leg.j.⁊ sic vult quod remaneant apud fratrem aut heredem.
❡ Scdo rn̄deo q: nō dicitur simpl'r Jacobo seu fratri sed aut eius
heredibus.⁊ sic ptȝ ꝙ habitus fuit respectus ad fratrē vt heredē et
hereditatem:nā vna pars alternatiue per aliā declarat̄ casus ē not.
⁊ ibi Dy.⁊ Bar.in.l.j.ff.de rebus dubijs. cū his q̄ pulchre ibi dicit
do.Raph.cu.qd̄ no.Bar.allegando dictam.l.primam. ⁊.l.⁊ si post
medium.ver.Item faciūt ad aliā questionē.ff.si quis cau.⁊ Lud.ro.
cōsi.cxxviij.inci.Premissorum dictorū. ❡ Cōfirmat̄ qd̄ ex quo vo/
luit ꝙ ēt reuerteretur ad eiꝰ hr̄des:ptȝ ꝙ habitus fuit respectus ad
hereditatē.⁊ sic ꝙ cōsolidaret̄ cū hereditate:⁊ ꝑ ꝯn̄s trāsit seu reuer
titur vt cuȝ hereditate ꝯsolidet̄ ⁊ restituat̄ ꝑ no.in.d.l.titia. ff.de leg.
ij.Ex p̄missis clarissime ptȝ ꝙ dicta p̄legata veniūt ī restōne maxie
tenendo ꝙ sit legatus solꝰ vsusfructus vel si vxor testōris p̄mortua
est Jacobo vt ex superioribus patet. Laus deo. Bartho.soci.⁊c.

❡ Summarium.

☞ An ex offensione heredis ꝙ hereditatē adiuit possit ꝯ ipsum execu
tio instrumēti testamēti peti. ⁊ sic ꝯ heredē peti possit a legatarijs ⁊
circa nōnulla legata.

1 Legatarij de iure cōmuni possunt incipere a petitiōe executionis in/
strumenti in parte legatorū.
2 Voluntas non versatur nec presumitur esse circa sibi īpossibilia.
3 Quando est iuratum in rem obstat exceptio ex quacunq; causa agat̄.
4 Ratio administratiōis qn̄ specialiter fuerit reddita occasione admi/
nistrationis tutele liberatio nō extendit̄ ad aliā causam.
5 Verba in cōtractibus nō debent esse superflua.
6 Renunciari potest cum iuramento legibus prohibitiue loquētibus.

❡ Consilium.ciij.

❡ Dn̄s labia mea aperiat ⁊ spūssanctus illuminet intellectum.



IN casu conuentionis et re
conuentionis vertentibus inter Alexandruȝ ⁊ magistrū
Antonium de Fauentia imprimis causam conuentionis
⁊ reconuentionis discutiam. ❡ Circa primam causam Alexander
habet intentionem fundataȝ contra magistrū Antoniū:apparet em̄
publicū instr̄m testamēti in q̊ do.Frāci.testator instituit dictū magi
strū Antoniū heredē ⁊ dicto alexādro legauit libras.cc.boñ.ꝑuētas
ad manꝰ ipsius testōris de rebꝰ ⁊ bonis dicti Alexandri. Itē reliq̄t
dicto Alexādro iure instōnis libras cētū boñ.de bonis ipsius testō/
ris.Itē ex ꝓcessu cōstat ꝑ ꝯfessionē dicti mag̃ri Antonij q̄liter ipse
heres īstitutus adiuit hr̄ditatē.Un̄ merito ꝓ dictis libris retētis pe
tere potuit alexāder ꝯ.m.Antoniū hr̄deȝ executionē instr̄i testamē
1 ti.⁊ hoc dictāt statuta vt dr̄ in pūcto.†Itē de iure cōi legatarij icipe
re pn̄t a petitiōe executiōis instr̄i in p̄te legatoꝝ ꝺm Ang.ꝑ illū tex.
in autētico de here.⁊ fal.§.pe.Solū g̃ est videndū an.d.alexādro ob
stet liberatio ⁊ q̄etatio facta ꝑ dictū alexādrū dicto.m.Anto. Circa
quā difficultatē nō īsistēdo ī rebꝰ claris aduertēdū est dictꝰ.d.Frāc.
testōr duo fecit legata alteꝝ libraꝝ.cc.alterū librarū.c.boñ. Et īcipiē
do ab isto vltīo dicēdū ē sine exitatiōe ꝙ dicta q̄etatio ⁊ liberatio ad
h̊ nō extēdit̄ posito ꝙ Alexāder d̄ dicto legato milies clarā noticiā
habuisset.Nā Alexāder liberat mag̃rȝ Antoniū ab omni eo ⁊ toto
ad quod fuisset obligatus occasione administrationis tutele. d. dn̄i
Frācisci ⁊ ēt.d.m.Antonij:ex eo q: rō fuit sufficiēter reddita cū ple/
na restitutione reliquorū:⁊ liberat ab oī alia quātitate ad quam tene
ret̄ ex causa antiqua dependēte ab ipsa administratione tutele.sȝ hoc
debitū.c.libraꝝ legatarū de q̄bus in testō non debebat̄ ex aliq̄ cā de
pendēte a dicta administratiōe tutele sȝ tm̄ ex testō. Igitur nō venit
ī dicta quātitate ⁊ liberatiōe cū sint facte ex exp̄ssa causa administra
tionis tutele tam dn̄i Frācisci q̄.m.Antonij:casus est ꝺm vnū ītelle
ctum cōiter approbatū in.l.age cū geminiano.C.de trās.⁊ ibi h̊ tenēt
Bal.saly.Pau.⁊ cōiter doc.⁊ Bal.⁊ saly.in.l.sub p̄textu spēruȝ.C.
de trās.⁊ Bar.in.l.si certa.C.eo.ti.⁊ dn̄i Canoniste maxie.d. Abb.
in.c.j.de trās.Et hoc solū sufficeret ad victoriā:nec in hoc curat̄ sci/
uerit vel ignorauerit.Sed ex habūdāti ēt cōfirmat̄ q: ꝙ ex quo q̄eta
tio ⁊ liberatio emanauerūt ꝓpter dictā redditionē rōnis administra
tionis tutele ēt si gn̄aliter fuissent cōcepte de omni debito tn̄ erant re
stringende ad causaȝ administratiōis tutele casus est in.l.emptor.in
§.lucius.ff.de pac.qui tex.generaliter ꝓcedit ī trāsactiōibꝰ ⁊ ī pactis
liberatorijs ꝺm docto.cōiter ibi quicq̄d ibi dixerit glo.Igitur multo
fortius in casu nostro in quo fuit expressa causa administrate tutele.
Unde licet fuisset postea apposita generalis clausula ꝙ liberasset ex
quacūq; alia causa restrigi debebat.s.rōne administrate tutele vt cō
muniter cōcludit̄ ꝑ Bar.⁊ alios in.d.l.si decreta.C.d̄ trās.⁊ ꝑ Bar.
in.l.aurelio.§.fi.ff.de libe.leg.⁊ Cy.⁊ Bald.in.d.l.sub pretextu spe/
cierum.⁊ do.Anto.⁊ do.Abb.in.d.c.j.de trāsac.q̄ ꝓcedūt ēt suppo
sita sciētia dicti legati:sȝ supposita ignorātia ē ēt aliud fundamētum
clarissimū:q: nō valuisset sup dependētibus ex testō.l.de his.⁊.l. nō
est ferēdus. ff.de transac.si aūt sciuisset ⁊ in v̄bis liberatorijs potuis
set includi:tunc lȝ nō eēt debitū legati specificatū ⁊ non esset dictum
visis ⁊ cognitis v̄bis testamēti tūc forte dici potuisset liberationē ex
tēdi q̄ in sui generalitate icludebat tale debitū cognitū ab ipso libe/
rante ꝺm Bar.Ang.Ful.⁊ Pau.de cast.in.d.l.de his.⁊ bar. ⁊ doc.
in.l.q rome.§.duo fratres.ff.de ver.obli. Sed in casu nr̄o vtrūq; de
ficit:

ficit: qꝛ tale verbum nõ includitur in ṽbis liberationis. Itez dictus
Alexãder ꝓ̃sumit̃ ignoꝛasse legatũ sibi factũ: tũ qꝛ ignoꝛãtia ꝓ̃sumi
tur. l. verius. ff. de ꝓba. ⁊ maxĩe in Alexãdro qui erat minoꝛ. l. cũ de
indebito. §. finaũt. ff. eo. tit. Nec obstant duo testes examinati ꝑ par
tem aduersũ per quos ꝓbare est conata scientiam dicti Alexandri
qm̃ nõ ꝓbant cũ sint singulares in loco ⁊ tꝑe. l. iurisiurãdi. C. de testi.
⁊ in. c. bone. el. j. extra de elec. ⁊ in. c. lз cãm. extra de ꝓba. ⁊ maxĩe qꝛ
agit̃ de ꝓbatione substãtie ante ꝯctũ liberationis: ⁊ sic certi tꝑis. q̊
casu lз alias essemus in his q̃ solent ꝑ testes singulares ꝓbari iuxta
not. per gl. ⁊ Jaco. butri. ĩ. l. arriani. C. de hereti. ꝑ Spe. in ti. de inq̃si
tione. §. j. ṽ. qd si vnus. ⁊ Inn. in. c. qualr̃ ⁊ quãdo. el. ij. de accusa. ex
tra tñ qñ debent illa ꝓbari certo tꝑe: puta quem fuisse vsurariũ vel
hereticũ ⁊c. tunc testes singulares nõ ꝓbant glo. est oꝛdi. quã ibi oẽs
sequunt̃ in. l. ob carmẽ. §. fi. ff. de testi. ⁊ tenent Bar. ⁊ alij in. l. celsus
ff. de vsuca. Bal. in. l. fi. in. xv. oppo. C. de edi. diui adri. tol. ⁊ d. Ant.
in. c. licet cãm. in. xviij. col. extra de ꝓbat. ¶ Ex q̃bus infero ꝙ data
ignoꝛãtia lз nõ esset de depẽdentibus ex testõ: tñ ad tale debitũ non
extenderet̃ dicta liberatio qꝛ ignoꝛãs nõ põt dici ꝙ remittat ex quo
nõ cõsentit. l. q cuз tutoꝛibus. ff. de trãsac. ⁊ no. Bart. ⁊ doc. sequunt̃
in. l. si õ certa. C. de transac. ⁊ do. Abb. in. c. j. de trãsac. ⁊ habet̃ in. l.
tres fratres. cuз simi. ff. de pac. Sз iteruз instari põt ꝙ imo ꝓbetur
sciẽtia. Nã in instr̃o quietatiõis fit mẽtio qualr̃ dñs Frãciscus erat
moꝛtuus relicto magr̃o Antonio herede vniuersali: ⁊ sic Alexãder
videtur fateri ip̃m heredẽ vniuersalẽ iuxta no. ꝑ Bar. in. l. sciẽdũ. ff.
de ver. ob. Itẽ dñs Alexãder liberat eũ tanꝙ̃ heredẽ vniuersalẽ ab
administratione dñi Frãcisci: hoc aũt ꝙ esset heres vniuersalis non
poterat contingere nisi ex testõ qm̃ ab ĩtestato non erat vniuersalis
heres. sз Alexãder succedebat pariter cum eo: vt in aut. post fratres
C. de legi. here. ex quo ergo gessit actũ cum eo tãꝙ̃ herede ex testõ vr̃
habuisse noticiã testamẽti iuxta plene no. ꝑ Bar. in. l. q rome. §. duo
fratres in. iij. q. ff. de ver. ob. Ad hoc motiuũ respõdet̃ ꝙ cũ ꝓ̃sumat̃
ignoꝛantia iuxta. l. qm̃ soꝛoꝛẽ. C. de iure delib. ⁊. l. fi. ff. pꝛo suo. ⁊ in. l.
verius. ff. de ꝓba. licet Alexãder videat̃ fateri ip̃m esse hr̃dẽ: tñ non
expꝛimit̃ ex testõ vel ab intestato. potuit enim fateri ipsum heredeз
ab intestato qꝛ ipse nolebat esse heres vel ẽt ex assertione dicti magi
stri Antonij. Vñ cũ ꝓbatio resultans ex dicta assertione de necessita
te nõ cõcludat nihil releuat. l. non hoc. C. vnde cogna. c. in pꝛesentia.
de ꝓba. ⁊ ita rñdet simili motiuo. d. Alex. pꝛeceptoꝛ meus ĩ. d. l. qui
rome. §. duo fr̃es. in addi. ad. iij. q. Barto. ff. de ver. obl. Nec p̃missis
obstat iuramẽtũ appositũ in ꝯctu quietationis ⁊ liberatiõis qꝛ non
extẽdit ꝯsensum ad ignoꝛata ẜm Bar. no. in. l. si qs ꝓ eo in p̃n. ff. de fi
deius. ⁊ Bal. ĩ. c. cũ ꝯtigat. in. vij. cõclusio. ff. de iureiurã. bar. de saly.
in. l. j. C. cõmo. ⁊ Are. p̃ceptoꝛ me⁹ ĩ ꝯsi. xxiiij. ⁊ do. Alex. cõsi. xxviij.
in. j. volu. ⁊ si dicat̃ in casu nostro renunciauit cõditioni indebiti sine
cã in factũ actioni: ⁊ oĩ alij. ll. ⁊ iuris auxilio. q̃ clausula gñalis post
sp̃ales renũciationes operat̃ ꝙ cẽseat̃ sp̃alr̃ renũciatũ iuri sibi ꝯpe
tenti ẜm bar. in aut. mr̃i ⁊ auie. C. qñ muli. offi. tute. fungi põt ⁊ bart.
ĩ. l. si sub cõditiõe. ff. de testa. tut. Et hoc attẽto iur̃o qꝛ vr̃ ꝙ possit cũ
iuramẽto renũciari dispõni. d. l. de his. ff. de trãsa. vt voluit Joã. de
imo. ĩ repe. d. c. cũ cõtingat. ĩ vlt. char. extra de iureiur. ⁊ ita in specie
in tali renunciatiõe in terminis nr̃is dicit do. Alexã. in suo cõsi. xj. in
ij. volu. arg. eoꝝ q̃ no. Bar. in. l. sciẽdum. ff. de verb. ob. cuз concoꝛ. et
tenet do. Rapha. cu. in. d. l. si qs ꝓ eo. ⁊ do. Alex. in. d. §. duo fratres
circa. v. q. Bar. ¶ Ad hoc rñdet̃ ꝙ. d. l. de his nõ põt cũ iuramẽto
renũciari ẜm Bar. in. l. cũ hi. in fi. p̃n. ff. de trãsa. ⁊ Ange. cõsi. xciiij.
incip. Cum lis ⁊ qõ. ad fi. ⁊ Bal. in. c. cũ inter de renũ. facit glo. pen.
in. l. fi. C. de reb. cre. ¶ Preterea lз cũ iuramẽto posset renunciari tñ
sine iur̃o nõ põt: ẜm Jaco. de bel. Ja. but. bar. Bal. ⁊ cõiter doct. in
d. l. de his no. glo. in. l. pcm̃ inter heredẽ. ff. de pac. ⁊ ꝑ ꝯsequẽs ꝑ illã
gñalẽ renũciationẽ nõ censet̃ renũciatũ. Ex quo infert̃ ꝙ ẽt cũ iura
mẽto talis renũciatio nõ oꝑat̃ p̃dicta ꝓbant̃. ¶ Pꝛĩo ꝙ talis gñalз
renunciatio nõ valeat ptз: qꝛ ꝙ ex quo nõ põt sp̃aliter renũciari: vt
2 in. d. l. de his hoc nõ venit in tali dicta renũciatione qꝛ† voluntas nõ
ṽsat̃ nec ꝓ̃sumit̃ eẽ circa sibi ĩpossibilia ẜз Bar. ĩ. l. si qs sub cõdõne.
ff. de cõdi. insti. ⁊ Bal. in. l. fi. §. in cõputatiõe. C. de iure deli. ⁊ lз cum
iuramẽto fieri posset: tñ illud põt ꝓcedere qñ qs exp̃sse renunciaret
bñficio. d. l. de his. Sз ĩ casu nr̃o renũciatio fuit gñalis q̃ sine iur̃o nõ
includit auxiliũ illius legis. Igit̃ nec iuramentũ: qꝛ renũciatio cum
iuramẽto nõ includit casus quos nõ iurata nõ ĩcluderet. l. fi. C. de nõ
nu. pecu. l. fi. ff. q satisda. cogã. ẜm Bar. Bal. ⁊ doct. in. l. sз ⁊ si qs. §.
q̃situз. ff. si qs cau. ⁊ Jo. an. do. Ant. ⁊ Pe. de anc. in. c. j. de cõmo. et
Saly. in. l. j. C. cõmo. ⁊ tз do. Alex. in. d. cõsi. xxviij. ⁊ sic nõ vr̃ veruз
qõ dicit do. alexã. in. d. cõsi. xj. vel ꝓducere posset qñ liberatio in sui
generalitate includeret ẽt debita ex testõ ꝓut ipse loquit̃ in. d. l. qui
rome. quo casu renunciando vt supꝛa ⁊ iurãdo suꝑ facto renunciatio
nis videtur velle ꝙ valeat eo modo quo põt. l. cũ pater. §. filius ma
trẽ. ff. de leg. ij. vt per Bar. in. d. l. si qs ꝓ eo. in. viij. mẽbꝛo. ⁊ cogita
re in genere de oĩ remedio ꝑ qõ cõtrauenire põt per ea q̃ no. Barto.
in. d. l. sciendum. ff. de verbo. obli. ⁊ in. l. ij. C. de rescin. ven. Sed in ca
su nostro verba liberationis non includunt istum casum quia nõ in
cludit ignoꝛata ⁊ dependẽtia ex testamento. Igit̃ nec renũciatio nec
iuramentũ includũt istuз casum vt declarat Pau. de ca. in terminis
in suo ꝯsi. lxx. incip. viso puncto. Itẽ si quietatio nõ includit hoc de
bituз igit̃ nec renũciatio qꝛ eatenus cẽset̃ bñficijs. ll. renũciatio q̃ten⁹
extendit̃ liberatio ⁊ nõ vltra. Nã clausula renunciatiõis ⁊ alie regu
lant̃ ẜm naturã ꝯctus pꝛincipalis ẜm gl. no. in. l. si pr̃onus. §. pr̃onũ
ff. si qd in fraudẽ patroni. ⁊ ẽ tex. in. l. j. §. j. ⁊. §. debitũ. ff. de ꝯsti. pec.
quã ad hoc alleg. Bal. in. l. si absentis. C. si cer. pet. ⁊ no. Bal. ĩ. l. etiã
C. de execu. rei iu. ⁊ Cy. in. l. in ꝯctib⁹. C. de non nu. pec. Si ergo nec
quietatio nec renunciatio extenduntur ad hoc debitum: igitur nec iu
ramentum. qꝛ ꝑ illud ista nõ extẽdunt̃ ad casum ad quem nõ extẽde
rentur sine iur̃o vt dixi ⁊ declarat Saly. in. l. j. C. cõmoda. ⁊ Pau. õ
cast. in consi. cxlij. incip. pꝛimo videnduз. ⁊ Ang. in consi. xciiij. incip.
cum lex ⁊ qõ. ⁊ quod dicit Fede. de senis cõsi. cxcviij. incip. queritur
an domina Margarita ⁊ Pau. de ca. cõsi. cccix. incip. aduertenduз
maxime. qꝛ hm̃õi clausule opponũt̃ de cõsuetudine tabellionũ. vt di
cit. d. Car. consi. cxx. ⁊ ista percurri lз nõ necessaria ꝓpter pꝛimũ fun
damentũ. Sз ex abũdãti. ¶ Venio nũc ad p̃muз legatũ. s. cc. lib. in q̊
vertit̃ plusculũ difficultatis ex eo qꝛ. d. Frã. legat. cc. libꝛas boñ. per
uentas ad man⁹ suas de bonis ⁊ reb⁹. d. Alex. clarũ aũt ẽ ꝙ testõꝛ no
luit ꝙ dicte. cc. lib. peterent̃ vt debite itẽ vt legate alias diceremus ꝙ
semꝑ legatũ factũ a debitoꝛe creditoꝛi de quãtitate quã dз valere cõ
tra. l. si creditoꝛi. ff. de leg. j. cũ ibi not. Vñ vr̃ ꝙ aut debem⁹ dicere ꝙ
ex quo erãt debite legatũ non valeat iuxta. d. l. si creditoꝛi. vel posito
ꝙ valeret ex quo eadẽ quãtitas ⁊ debebat̃: ⁊ legata erat ⁊ sic ad illã
duplici obligatione. m. Ant. tenebat̃ ⁊ alex. fatetur se habuisse oĩa re
liqua que peruenerant ad manus do. Frã. ⁊ liberat: qꝛ solutione ei⁹
qõ debebatur omnis obligatio ex quacũqз cã fit sublata. insti. q. mo.
tol. obli. in pꝛin. ad idẽ tex. in. l. si duobus. §. j. ⁊ in. §. q̃ iurauit. ff. de iu
3 reiur. ⁊ in. l. fi. post pꝛĩcipiũ. in q̃bus† qñ est iuratuз in reз obstat exce
ptio ex quacũqз cã agat̃. Sed hoc nõ obstãte ꝯ̃riũ puto verius in ca
su nostro ꝙ ĩmo illud legatũ non censeat̃ eẽ sublatuз ⁊ pꝛo solutione
p̃mitto ꝙ dato ꝙ magister Frãciscus p̃dict⁹ nihil debuisset legatuз
valuit. l. si sic. §. j. ff. de leg. j. ⁊. l. si nõ designata. C. de fal. cã adiec. leg.
Si enim. d. cc. lib. nõ debebant̃ ex eo qꝛ ꝑuenissent ad manus domi.
Francisci de bonis Alexãdri: hoc sciebat magister Franciscus: seu
scire pꝛesumebatur qꝛ in facto ꝓpꝛio. l. ꝙꝙ̃. ff. ad velleia. ⁊ ꝑ Bart.
in. l. non fatetur. ff. de cõfes. cum simi. Vñ pꝛesumit̃ ꝙ ex certa sciẽtia
fecerit: vt est casus in. l. ij. ⁊ ibi Pau. de ca. C. de fal. causa adiect. leg.
⁊ ideo nõ sufficit ꝓbare rem aliter se habere nisi ꝓbetur erroꝛ ex quo
assertio est super facto ꝓpꝛio vt per Bar. in. d. l. nõ fatetur. ⁊ Pau.
de cast. in. l. j. C. de fal. causa adiec. lega. ¶ Ex q̃bus tollit̃ obiectio si
diceret̃ ꝙ aut erat debitum ⁊ legatum nõ vз. Aut testatoꝛ credebat
⁊ nõ erat ⁊ nõ vз ẜm pe. ⁊ refert ⁊ sequit̃. d. Alex. in. d. l. si sic. ⁊ tenet
do. Pau. de cast. ĩ. d. l. ij. C. de fal. cã adiec. leg. qꝛ est tertius casus qñ
nõ erat debitũ: ⁊ testõꝛ sciebat ꝙ tunc expꝛessa certa quãtitate legatũ
vз. d. l. si nõ designata. Quinĩmo sola cõfessio debiti in testõ in certa
quantitate inducit legatum si aliter debitum nõ pꝛobatur: vt in. d. l.
ij. ⁊ est tex. ẜm Dy. in. l. j. in fi. ff. de dot. pꝛele. ¶ Ex quibus infero in
pꝛoposito ꝙ nisi ꝓbetur ꝙ. d. cc. lib. erant debite censent̃ simpliciter
legate. Et habet tale legatum naturam legati: ⁊ ẜm naturam legati:
⁊ leges legati regulatur. Ista pꝛobãtur per text. no. in. l. qui vxoꝛi. ff.
de aur. ⁊ argẽ. leg. per quem dicit ibi Bar. ꝙ si aliqs legat alicui ali
quid tãꝙ̃ debetur vt simpliciter legatũ nisi pꝛobetur debitum per te
stes vel instr̃a: ⁊ iõ defalcatur sicut alia legata: ⁊ iõ refert Bar. ꝙ le
gata ꝓ vsuris ⁊ male ablatis defalcant̃ nisi pꝛobent̃ debita per illũ
tex. ꝙ Bar. dicit esse mirabile: ⁊ sequitur Paul. de ca. in. d. l. ij. C. de
fal. cã adiec. leg. ¶ Ex quibus dico ꝙ nisi. cc. libꝛe pꝛobentur debite
ꝙ iudicandum est de hoc legato. cc. libꝛa. sicut de legato centum libꝛa
rum ad qõ quietatio non extenditur vt supꝛa dictũ est. ¶ Preterea
ex quo nõ apparet ex qua cã essent debite: ⁊ qñ fuisset dictũ debitũ ꝯ
ctum nõ põt ꝯcludẽter ꝓbari ꝙ ex tali cã fuerit debite cũ simpl̃r cõ
fiteatur ꝙ deuenerunt ad manus suas nõ expꝛessa cã vñ nõ põt debi
tum ostẽdi nisi ꝓbatiõe incerta: ⁊ nõ concludenti q̃ nõ releuat. l. nõ h̃
C. vnde cog. c. ĩ p̃ñtia. extra de ꝓba. Vñ potuit deberi ex aliq̃ cã ꝙ le
gatum valuisset posito ꝙ fuissent debite. iuxta plene no. in. l. si credi
toꝛi. ff. de lega. j. ⁊ maxime qꝛ ꝓ legato cõpetit executio ex foꝛma sta
tuti rõne cuius interesse legatuз vз vt cõcludũt pleriqз moderni ĩ. d.
l. si creditoꝛi. ⁊ hoc interesse considerat in simili Bart. in. l. q tabulas
ff. de fur. Item clarioꝛes sunt ꝓbationes quas cõsiderabat Bart. in
l. qui bis ideз. ff. de ver. ob. Itẽ si pꝛo pꝛĩo debito bona nõ fuissent hy
pothecata pꝛo isto essent ⁊ vз ẜз Bar. ⁊ Bal. in. d. l. si creditoꝛi. Itẽ
vertit̃ interesse ꝓpter minoꝛes expẽsas qõ cõsiderat bar. ĩ. d. l. q bis
idẽ. ff. õ ṽ. ob. ¶ Ex q̃bus in ꝓposito ĩfero ꝙ ꝙ̃ tũcũqз diceremus. cc.
lib. legatas fuisse debitas. ex quo non apꝑet qñ ⁊ qũo debituз fuerit
ꝯctũ dici dз legatũ valuisse ꝑ qõ ẽt debitũ facilius ꝓbat̃ ⁊ ꝓ̃scriptio
interrumpit̃ ẜm Bal. in. l. falsus. C. de fur. ¶ Ex q̃ ꝯclõne iterũ ĩfe
ro in ꝓposito ꝙ cũ idẽ debitũ. cc. lib. deberet̃ ex diuersis causis. s. ex
cã ex qua debebat̃. Item ex cã legati vel dicendum est ꝙ ex nulla cã
debitum est extinctum cum liberatio tm̃ sit facta de debitis contra

etis occasione administrationis tutele per no. in.d.l. age cum gemi-
niano. C.de transac. Vel posito ꝙ esset extinctum ex causa admini-
strationis tutele.licet hoc non constet tñ nõ dicitur extinctum ex cau
4 sa legati.† quoniã cum ratio administrationis specialiter fuerit red-
dita occasione administrationis tutele liberatio nõ extẽdit̃ ad aliam
causam.licet sit idem debitũ.l.si ita qs.§.fi.ff.de verb.obli.ſm bart.
in.l.si de certa.C.de trãsac.⁊ sic nõ extẽditur ad causam testamenti.
Et hãc opi. bar.sequunt̃ cõiter doc.ibi vbi Bal.ẽt dicit ꝙ in dubio
videtur habitus respectus ad cãm que ventilabat̃: ⁊ nõ ad causam
que nõ fuit proposita.arg.d.l.si de certa.⁊ tenet do.Abb.in.d.c.j.de
transac.Cũ ergo in casu nostro nõ fuerint ventilata cã testamenti.im
mo ꝓsumit̃ ignorãtia ꝑ Alex.ad talem casum pactũ liberatoriũ non
extendit̃. ¶ Ex quibus oĩbus cõcludo ꝙ dicta quietatio nõ obstat.
d.Alex.petenti executionem legati ꝓ dictis.ccc.libris:⁊ ꝑ cõsequẽs
remanet intentio dicti Alexandri bñ fundata. ¶ Circa causaꝫ recõ
uentionis primo dici põt ꝙ Alexãder non potuit recõueniri:qꝛ cuꝫ
M.Anto.fuerit cõuentus executiue virtute instrumẽti qd̃ hꝫ execu
tionem ex forma statuti nõ potuit recõueniri ſm Bal.in aut̃.⁊ cõse-
quenter.C.de senten.⁊ interlocu.omnium iudi.Sꝫ posito ꝙ potue-
rit recõueniri cũ intentio. M.Anto.sit fundata in codicillis querit̃
an dicto.m.Anto.obstet instr̄m liberatiõis ⁊ qetatiõis facte Alexã
dro ⁊ difficultatẽ facere videbat̃:qꝛ.m.Anto.liberat a qbusdam de
bitis spãlibus.Vñ videbat̃ postea ꝙ liberatio generalis restringe-
retur ad specificata per tex.cũ ibi plene no.in.d.l.si d̃ certa.C.de trãs
ac. ⁊ maxĩe scd̃o qꝛ ꝓsumit̃ ignorãtia codicilloꝝ Hieronymi in qbꝰ
factũ ẽ legatũ.d.Frãci.s.ꝙ.m.Ant.ignorauerit.l.qm̃ sororẽ.C.de iu
re delib.l.verius.ff.de ꝓba.⁊ sic ꝙ talis liberatio nõ extendat̃ ad le-
gatũ factũ in codicillis iuxta.l.de his cũ ibi no.ff.de transa.⁊ sic alle-
gata supra in fauorem Alexã.vident̃ nũc militare in sua liberatione
